

Peter Müller   Karl Reinhold Dürfeld

## **Dissertatio De Everticulo Suspicionis**

lenae: Typis Gollnerianis, 1681

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747429960>**

Druck   Freier  Zugang





V. N. 2 (80.)

1. M. A. S.  
2. M. A. S.  
3. M. A. S.  
4. M. A. S.  
5. M. A. S.  
6. M. A. S.  
7. M. A. S.  
8. M. A. S.  
9. M. A. S.  
10. M. A. S.  
11. M. A. S.  
12. M. A. S.  
13. M. A. S.  
14. M. A. S.  
15. M. A. S.  
16. M. A. S.  
17. M. A. S.  
18. M. A. S.  
19. M. A. S.  
20. M. A. S.  
21. M. A. S.  
22. M. A. S.  
23. M. A. S.  
24. M. A. S.  
25. M. A. S.  
26. M. A. S.  
27. M. A. S.  
28. M. A. S.  
29. M. A. S.  
30. M. A. S.  
31. M. A. S.  
32. M. A. S.

1. Marcov de jure auspicii apud Romanos.
2. Masoon de primatibus metropolitanis et reliquis episcopis ecclesie germanicæ.
3. Marbach de jure deceptorum.
4. Struv de opificibus.
5. Struv de brachio saeculari.
6. Struv de jure socerorum.
7. Habermann de ratificatione.
8. Frommann de jure variandi.
9. Panouy de poena adulterii ejusque indulgentia.
10. D'Arutell de mutuo publico.
11. Bardili unus testis nullus testis.
12. G. Engelbrecht de dotatione virginum nobilium in Pomerania.
13. Stypmann de minis seu comminationibus.
14. Marcov de verbis generalibus.
15. P. Müller de bene merito.
16. P. Müller de nova causa.
17. Werner de poenitentia.
18. Glaeser de libero arbitrio secundum jus civile et canonicum tam constituendo quam constituto.
19. Werner de auctionibus.
20. Proth de resignatione domini judiciali.
21. P. Müller de evitacione majoris mali.
22. P. Müller de evitacione suspicionis.
23. Dyncher de vi legis in praeteritum.
24. Mehlbaum de delictis imprimis de furtis.
25. Rühle iniquitatis accusata jurisprudentia.
26. Beckmann de actorum publicorum auctoritate.
27. Schwendendorffer de ultimis suppliciis.
28. Philippi jura circa cadavera humana.
29. P. Müller de praesumptione fati.
30. Bornius de eo quod justum est circa destinationem.
31. Mylius de contractu libellario.
32. Minck de exceptioe inhabilitatis contra advocatum.

33. Röder de prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione.
34. Matthiae de denunciatione evangelica.
35. Strassus de obligatione patris familias in cuius aedibus incendium ortum.
36. P. Müller de praescriptione Saxonica.
37. Strucht de iure oblivionis.
38. Lyser de robbaria et vi bonorum raptorum.
39. Anglius de libris mercatorum.
40. Romanus de varia injuriarum coactione.
41. Linck de rubro nigro et albo.
42. Hahn de actionibus personatibus.
43. Brandt de legitima malefactor et fagar investigandi et convincendi ratione.
44. Ursinus de rationibus praefectarum. Quilibet sine.

22, 218

DISSERTATIO  
DE

EVERTICULO  
SUSPICIONIS,

*Quam*

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO

U. J. D. & Prof. Ord.

in Jctor. Auditorio.

*publicè ventilandam exponit*

CAROL. REINHOLD. Dürfeld

HALA SAXO

ad d. Maji

---

JENÆ TYPIS GOLLNERIANIS: 168L

23

DISSERTATIO  
DE

EVAN-  
GELII  
SUSPICIONIS

Quaeritur

an

PETRO MALLARO

in

Robur

BAROL REINHOLD

HALL

1773

—————

IN



B. C. D.

DE

## EVERTICULO SUSPICIONIS

PROÆMIUM.

**Q**uidem omnis motus animi suum quendam à natura habet vultum, & sonum & gestum. Animi imago vultus est: indices, oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes possit efficere. Oculi enim sunt, quorum tum intentione, tum convictu, tum hilaritate, motus animorum significemus aptè. Nam oculos natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit, dicente Cicerone *3. Orat.* Ast simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura; frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, eodem Cicerone teste *ad Q. fratrem* Inque animis hominum multæ sunt latebræ & multi recessus, magisque tacitæ & occultæ inimicitæ timendæ,

A 2



dæ, quàm indictæ & apertæ. Sæpius homo  
se instar picæ gerit, utpote quæ anteriore par-  
te candida est, posteriore autem nigricat: a-  
micum purum & sincerum affatu primo simu-  
lat, mox vel decipit, vel eludit. Ut proinde  
hominum actiones majori circumspectione  
æstimandæ atque perpendendæ sint, & illud  
Apostoli animo infigendum: *Prudenti diffidentia*  
Hæc omnia Legumlatores perpendetes inve-  
nere modos, quibus omnis suspicio extrinsecus  
amoveatur evertaturque ut de mente agentis  
eò candidius constet, neq; nudis animi actibus  
efficientia juris tribuatur. De istis modis suspi-  
cionem evertentibus, si non omnibus, aliqui-  
bus tamen publici discursus ergo breviter a-  
gemus. *Annuat Deus!*

## CAPUT I QUID EVERTICULUM. QUID SUSPICIO. DESCRIPTIO.

THES. I.

*Everticen-  
tum de-  
ducitur  
ab e et  
verto.*



Ocabulum *everticuli* deducimus, à præpositio-  
ne e, & verbo, *verto*. Hinc vertex, verticulum,  
verticillum. Evertere patrimonium domini di-  
xit Ulpian. in l. in pr. si famul. furt. feci dicat. pro di-  
pendere, exhaurire, spoliare dominum patri-  
monio. Idem venustè evertere usurpat pro destruere in fia.  
*S. penult. l. 3. si quis cant.* quæ propria significatio non est hu-  
jus.

jus loci, sed methaphorica, cum everticulum heic sumatur pro evasione seu effugio, quo verbo Liv. lib. 4. bell. punic. utitur: *Si patuisset effugium*, h. e. via vel modus ullus evadendi vel effugiendi. Et in isto sensu everticuli voce usus est D. Mevius in commentar. ad jus Lubec. l. 2. tit. 3. art. 3. num. 50. Ut evertere hoc loco idem sit, quam evitare, fugere, præcavere, à se amovere.

THESES. II. *Suspicio* deducitur à *sus* & *specio*; hinc su- *Unde sus-*  
*spicor*, quod significat cum timore ea adspicere, de quibus *spicio.*  
dubitatur. Est ipse suspicandi actus. Quare junctum cum ve-  
nio semper accipitur passivè, ut vèit in suspiciõne, suspiciosus  
active & passivè. Itaq; suscipio est actus, per quem in dubi-  
tationem trahimur timentes de aliquo, ne læsionem adferat,  
privatim aut publicè. Prat. Est autem suspicio varia, vel cum  
debitores nostros. alieno æri obnoxios suspicamur ab itio-  
nem meditari, ne carceri mancipentur, quoniam solvendo  
non sunt, vel quod incipiunt dilapidare & distrahere omnia  
ferè bona. Hinc nuncupatur suspicio fugæ, quæ solet priva-  
tum, nec adeo magnum adferre detrimentum in Republ. i-  
deoq; nõ cõsetur crimè in l. cõ qui circa ff. d. priv. cred. l. fin. C. d.  
fer. vel cum suspicamur adversus judicem non solum dele-  
gatum, verum etiam ordinarium. Nam cum Magistratus sæ-  
pe religionis suæ oblitus, perniciosissimè judicando noceant,  
recusissimè concessum est, omnes ex suspicionis causa recusa-  
ri; sunt & aliæ suspicionis species ex eo natæ, quod tendit ad  
lædendum publicè aut privatim, quæ pertinent ad actionem  
de postulatione suspecti.

THESES. III. Everticulum suspicionis est modus jure inven- *Quid e-*  
*tus, concessus & præceptus, quo suspicio sinistra de re vel causa ever-*  
*titur & tollitur, ut de negotio eò apertius constet minus que de veri-*  
*tate & validitate ejus dubitetur.* *lum su-*  
*spicionis.*

THESES. IV. Evertitur suspicio vel per id, quod pa- *Referun-*  
lam & testatò fit, & judicialiter; vel per Inventarium & spe- *tur moai-*  
cificationem juratam; vel per juramentum; vel proclamate  
sive Cridis; vel per Scripturam; vel per præsumtionem pieta-  
tis; vel per medium violentum; de quibus speciatim in seqq.

## CAPUT II

DE

### EVERTICULO SUSPICIONIS, QUOD PALAM FIT, TESTATO, ET JUDICIALITER.

THES. I.

*Actus qui  
palam fi-  
unt, sine  
suspicione  
sunt.*



Actus, qui palā vel in publico fiunt, omni  
suspicione doli & fraudis carent, cum  
tales actus dicātur bona fide facti. Sera-  
phim *priv. 83. n. 54.* Ex diverso verò cōtra  
contractum clam initum militat præ-  
sumtio fraudis & doli, qui ipsum anni-  
hilat, uti tradunt Joh. Baptist. d. Plotis  
*in repetit. l. si quando & seq. C. unde vi.*

Aym. Cravetta *consil. 129. n. 1.* & clandestinitas facit ut non  
parcatur iis, quibus aliās parceretur, ob juris & facti igno-  
rantiam Plat. *d. in lit. jur. S. 48. n. 28.* Imò clandestina habe-  
ant contra se præsumtionem injustitiæ *l. fin. ff. d. rit. nupt.*

*Quid sit  
palam fie-  
ri.*

THES. II. Dicitur autem palam & testatò fieri,  
quicquid in qualibet causa tam profana, quam ecclesiastica  
vel spirituali coram duobus testibus fit aut celebratur *can. si  
quis testes 4. q. 3. can. ult. 35.* nec non illud, quod coram popu-  
lo agitur, quod fit in unius vel alterius præsentia *l. 209 ff. d. V.  
S. l. 27. §. 5. ff. d. recept. qui arbitr. recep.* quandoque non coram  
populo, nec coram uno vel altero, sed coram præsentibus  
pluribus, duobus ad minimum, siquidem plures nō sunt pau-  
ciores, quam duo Arnold. Corvin. à Belderer ad *l. 33. ff. de  
V. S. lit. b.* & palam non fit, quod cum uno vel altero fit, Go-  
thofr. *in not. ad l. 43. §. 1. ff. d. rit. nupt.* In contractibus quoque palā  
est in præsentia iudicis, agnatorum vel amicorum Bartol. *in l.  
38 ff. d. condict. indeb.* Jason in *l. 15 ff. d. reb. cred. in d. l. 38 ff. d. con-  
dict. indeb. l. 12. C. d. pact.* In testamentis palam non utique in  
publicum significat, sed ut exaudiri possit, nec ab omnibus  
exau.

exaudire, sed à testibus septem l. 21. ff. qui test. fac. poss. in pr.  
Sunt ergo actus clancularii admodum suspecti; quod verò  
palam fit, favore dignum est, & quodammodo innocentia pro-  
ximum.

**THES. III.** Proinde ad evertendam & excluden- *Sponsalia*  
dam omnem doli suspicionem Legislatores volunt, ut res *debeant es-*  
sanctissima atq; ad totius vitæ summam pertinens, *negotium se publica*  
nempe *matrimonii*, non debeat fieri clam, & nullis vel non *non clan-*  
sufficientibus adhibitis testibus, ita ut si secus fiat, *sponsalia destina-*  
clandestina absque testibus contracta jure non subsistant,  
nec obligent, Paul. Cypræ. d. *sponsalib. c. 5. §. ult.* sed requiran-  
tur duo ad minimum testes, ut publica sint sponsalia: quæ  
verò coram unico saltem teste contracta sunt, pro clandesti-  
nis habentur, & irrita dicuntur, id quod innuit *Ordinat.*  
*Ecclesiastic. Elector. Saxon. et Ordin. matrimon. d. anno*  
1624. sub tit. Von Ehgelöbnissen §. wo auch zweien Perso-  
nen/in verb. Sich ohne jemandes Beyseyn/oder auch in Ge-  
genwart eines Zeugen allein mit einander in Ehgelöbniß ein-  
geassen / so soll dasselbe vor ein heimliches Gelöbnuß gehal-  
ten und vor unbündig erkant werden. Nec tamen suspicio e-  
vertitur, aut vitium clandestinitatis purgatur, ut sponsalia  
convalescant, si contrahentium confessio in præsentia testi-  
um fiat, sed expressa sponsaliorum reiteratio & repetitio  
promissionis reciproca coram testibus facta, præsertim jure  
Electoralisaxonico requiritur *Ordin. Ecclesi. sub tit. Von ehe-*  
gelöbniß. §. Wenn aber &c. Publica ergo sponsalia laudem  
merentur. Inter Israelitas in publico, & in portis contracta  
fuisse sponsalia monstrant textus *Deuter. c. 25. v. 7. Quod si non*  
*placuerit viro illi ducere gloriam suam, dum ascendens glossæjus ve-*  
*porta ad Seniores dicit: renuit levir meus excitare fratri suo no-*  
*men in Israele, noluit levir officium prestare mihi.* Apud Roma-  
nos spōsalia fiebāt amicis ad cōviviū cōvocatis. Idem fiebat  
apud Græcos, uti testatur Demosth. *orat. in Oenotor.* Et apud  
veteres Germanos, vid. Tacit. *c. 22. d. morib. germ. & militat cō-*  
*tra cōjugii dignitatē & praxin piorum in S. scriptura comē*  
*datam. Res enim tam sancta non debet in angulo tractari*  
quod

quod dolum & fraudem redolet, se & ad minimum duo testes  
requiruntur, teste Carpzov. *Jurisprud. Eccles. l. 2. tit. 3. def. 34.*

THESES. IV. In liberis asciscendis seu adoptandis &  
uniendis ut omni doli, fraudis ac læsionis suspicio penitus  
evertatur, jura volunt, ad unum istum fieri debere in præsentia  
judicis, propinquorum & tutorum. Et quidem unio prolium  
(quæ est liberorum diversi matrimonii inter se facta paria-  
tio, seu conventio, qua agitur de liberis diversi matrimonii  
inter se pariandis & exæquandis, ut quoad paternam & mater-  
nam præprimis, bona non aliter habeantur, ac si ex eodem ma-  
trimonio essent procreati) tunc demum recte riteque facta  
censetur, quando coram Magistratu parentes ineunt hoc pa-  
ctum Bocer. *class. 1. disp. 12. th. 3.* Neque tamen præsentia so-  
lùm Magistratus, sed præter eum etiã causa cognitio requi-  
ritur. Bocer. *class. 6. disp. 12. th. 3.* Cum autem sub unionis præ-  
textu sæpius fraudes & technæ soleant intervenire, dum  
alter in alterius facultates irruit, scrutari debet Magistratus  
& invigilare, ne contra bonos mores insidiosè quid fiat, ut  
nec dolum magis quàm conjugalis amoris arctior conjun-  
ctio & vitæ concordia, vel licium fuga exinde resultet. Carp-  
zov. *l. 5. tit. 1. resp. 6.* Si eo modo consultatio sit præmissa, &  
causa unionis plene & exactè actu, non ex intervallo, aut  
etiam longe post Carpzov. *l. 5. tit. 1. resp. 6. n. 22.* Præterea Pa-  
rentes & Liberi eorumq; tutores & curatores, & cæteri quo-  
rum consensus requiritur, ipsi coram Magistratu debent  
comparere, neq; per procuratorem id expedire licet, quia est  
actus singularem requirens solennitatem, qualis per procu-  
ratorem haud fieri potest. Muscul. *d. success. convent. class. 1.  
membr. 3. lit. Q.* adeo ut nonnulla jura statutaria veline extra  
judicii locum fieri non posse. Würtenb. *Landr. p. 2. tit. 13. pr.  
& seq. tit. 14. §. Wann einer.* Et tandem voluntate sic coram  
Magistratu ab omnibus, quorum interest sufficienter declara-  
ta, causaq; an justa sit, & honesta, & unionem fieri expediat,  
cognita, scripturam de super confici necesse est. Carpzov. *d. l.  
5. tit. 1. resp. 6. n. 23.*

THESES



Principio noch, *consil.* 73. n. 20. Cravetta *conf.* 114. n. 2. & in specie quod  
est apud cesset suspicio omnis fraudis circa testamentum apud acta  
acta sine factum, ideoque solemnitates juris civilis in eo relaxentur?  
suspicionis communem esse omnium opinionem attestatur Vasquius d.  
est. *success. libr.* 3. §. 24. *limit.* 18. n. 7. Est autem in testamento judi-  
ciali iudicis praesentia necessaria, autoritate publica muni-  
ta, Assessorumque consortio stipata, quae iudiciale testa-  
mentum firmat, sustentat, omnem falsi & fraudis suspicionem  
excludit, numerumque deficientium testium supplet & exa-  
quat, adeo ut plane nulli testes requirantur Menoch. l. 3. *con-  
srov.* c. 47. Superfluum enim est privatum testimonium, cum  
publica monumenta sufficiant l. 31. C. d. *donat.* & actorum  
autoritas privatorum testium autoritatem si non superat,  
certe supplet, ut habet Gerhard. *de testament.* disp. 3. th. 16. Et  
quid aliis opus est testibus? cum nulla fraudis & falsitatis  
metuenda sit suspicio in insinuatione apud acta, quae legis  
ratio voluit & exegit caetera condi testamenta in praesentia te-  
stium Reusner. d. *testam.* c. 19. n. 25. Et licet Vasq. d. *successio-  
nib.* convent. l. 3. §. 24. *limit.* 18. n. 26. testes pro solemnitate tan-  
tum probatoria non formali desideret, attamen cum expe-  
dita probatio facti testamenti ex actis & archivis publicis  
semper constet, nulla utique testium extraneorum depositio  
requiretur. Quid, si testamentum extra locum iudicii coram ju-  
dice & scabinis factum sit, nullis adhibitis testibus, num valeat?  
Affirm. per tradita Reusner. d. *testam.* p. 4. c. 19. n. 4. Vasqu.  
d. *successionib.* libr. 3. §. 24. n. 8. Supplet ergo vicem testium praesentia  
iudicis & assessorum, reliqua tamen solemnia ad ejus  
substantiam necessaria omitti non debent, seu praeter solen-  
nitas juris civilis in testamento iudiciali nihil est remissum  
aut mutatum Vultej. vol. 1. *consil.* Marpurg. 34. n. 42. Mevius  
ad *ius Lubecens.* p. 2. tit. 1. art. 2. n. 86. D. Richter. *decis.* 30.  
n. 18. Nam vero praeter solus iudicis etiam Scabinorum seu Ad-  
fessorum requiratur praesentia? Non liquet inter DD. Solum  
Iudicem sufficere asserit Carpzov. p. 2. c. 3. d. 15. *et libr.* 6. tit. 2.  
resp. 12. *Process. jur.* tit. 2. art. 4. n. 32. Etiam requiri Scabinos de-  
fendit Finckelthaus. *obs.* 63. Berlich. p. 1. *dec.* 55. Non autem  
sufficit,

sufficit, si testator ipsemet vel alius ejus nomine privatim quosdam è Senatu vel judicio ad id roget, tanquam testes, sed necesse est, ut Senatus vel judex ipsemet à testatore vel alio nomine rogatus personis illis, quæ sunt in officio injungat, ut testamenti factioni nomine Senatus vel judicii adsint, *Autor consultat. Saxonicar. tom. 2. p. 2. qu. 30. n. ult.* Idemque in præfecturis Nobilium præcisè vult observari *Carpz. p. 3. c. 3. d. 20.* ut à Domino vel Nobili, cui jurisdictio competit, personæ publicæ, quæ sunt in officio judiciali ad hunc testandi actum deputentur atque ablegentur. Non autem abest suspicio, si coram unico Scabino & Actuario extra judicii tribunal conficiatur testamentum *Constit. Elector. Saxon. p. 3. c. 3.* ubi Legislatores plures ad domum testatoris ablegari jubet; cui suspicioni removendæ vix unica persona publica sufficit, vid. *Sandrecht libr. 3. art. 38.* Si verò consuetudine introductum sit, ut valeat testamentum coram unico Scabino & Actuario judicii in domo testatoris conditum, evertitur suspicio, cum numerus Scabinorum in factione testamenti judicialis sit de solemnis juris positivi, quibus consuetudine ac derogari potest, *l. 32. ff. d. legib.* Prudenter agit judex omnemque præscindit suspensionem rei non sic sed aliter gesta, si cognita testatoris mente suprema & ad succedaneam interrogationem reiterata *Berlich. p. 3. concl. 4. n. 20.* & 21. actis publicis id quod actum est inferat, factio super tali testamento, si nuncupativum fuerit, instrumento publico, per manum actuarii judicialis, vel oblatam à testatore chartam suo sigillo Archivis recondat, habita de super registratura, uti loquuntur seu recognitione exhibita. *Si verò resignatio & relectio sit omissa. Q. Num. vitietur vel infirmetur testamentum judiciale? Negar.* Cum non sit necessaria, neque in nuncupativo; nam in hoc sufficit ultimæ voluntatis publicatio sive intimatio coram actis seu iudice & assessoribus facta *l. 19. C. d. testament. Wurmser. libr. 1. tit. 39. obs. 5. n. 16.* neque in testamento scripto, in domo scilicet testatoris & judicialiter post oblato & confirmato *Berlich. p. 3. concl. 4. num. 23. & seqq.*



THESES VII. Quæ de testamento judiciali dicta  
Hæc quo- sunt, locum inveniunt in testamento Principi vel Comiti oblato,  
que obli- quia Principis præsentia, vel actus in ejus præsentia factus in-  
nent in- ducit dispensationem solennitatis Finckelthaus: observ. 63.  
testamen- seu præsentia ejus omnes solennitates supplet Reinking. libr.  
to Prin- s. d. regim. secul. & eccles. class. 2. sect. 1. n. 58. præsumitur enim,  
cipi vel ubi Princeps degit, præsentia copiaque nobilium & præstan-  
Comiti- tiam virorum Finckelth. d. l. Non tamen requiritur Prin-  
oblato. cipis testamentum recipientis rescriptum; testamentum enim  
est actus *μενός λευρός*, & à sola testatoris voluntate, non  
ab alieno arbitrio jus hoc debet pendere l. 32. § 68. d. hered.  
inst. l. 52. d. condit. & demonstr. penderet autem, si Principis  
arbitrium, jus & rescriptum desuper esset expectandum.  
Et si Principis rescriptum desideraretur ad testamenti hujus  
substantiam, videri posset immutabile reddi, cum non tan-  
tum ex voluntate testantis, sed etiam ex sententia principis  
inviolabili pendeat; testamentorum verò omnium hæc est  
natura, ut mutabilia sint ex arbitrio testatorum usque ad ex-  
tremum vitæ spiritum l. 4. d. adimend. legat. l. 25. C. d. testam.  
D. Tabor d. testament. princip. aut comit. oblat. c. 3.

THESES VIII. In nuncupativo testamento cæci ad ever-  
tendam justam falsitatis suspicionem, quam aliàs oculorum  
cupativo intentio præcavet, præter septem testes & alias supra memo-  
testamen- ratas solennitates, testis octavus insuper requiritur, qui, cum  
ro cæcio ipse testator sensu visus destituatur, loco ipsius quasi videret  
ctavus te sibi que prospiceret, isque Notarius, si possit haberi, qui testa-  
stis requi- mentum coram septem testibus, vel ex ore cæci exceptum,  
ritur. chartæ inscribere, vel ante scriptum coram testatore & testi-  
bus recitare, & utroque casu heredis unius vel plurium tam  
nomen, quam conditionem exprimere, & postquam testator  
verbis apertis suam contestationem ore tenus subjunxit, tunc  
testes singuli unà cum Notario chartis hisce, quod aliis in  
testamento nuncupativo non requiritur, subscribere & sub-  
signare debeant, quæ testandi ratio latè describitur in l. 8. C.  
qui testam. fac. poss. & approbatur Const. Maximil. I. R. I. Colon.  
d. anno 1512. tit. Von Testamenten ꝛ. Aber zu eines blinden  
Testam.

Testament. Et singulare in testamento cœci est, quod nomen heredis expressisse non sufficiat, sed & dignitates heredis, & signa certa exprimere debeat, ut inde constet, an de herede certus sit, an verò ex errore hunc & illum nominaverit, quod tamen in aliorum testamentis necessarium non est. *arg. l. 17. §. 1. ff. condi. & demonstrat.* Quod si tamen aliunde satis de mente testatoris constet, quem heredem velit, certè non vitabitur testamentum Harprecht. *ad §. 4. Inst. quib. non est perm. fac. testam. n. 8.* Et prædicta requiruntur, siue cœcus talis natus sit. siue ex accidenti talis factus D. Richter *in explicat. d. l. 8. C. qui testam. fac. poss. Q. Num etiam in Codicillis à cœco factis octavus requiratur?* Ita quidè videtur asserendū juxta *d. l. 8. vers. que in eund. C. qui testam. facer.* ubi verba sunt clara. Idque nullum habere videtur dubium ex d. Constit. Maximil. I. §. Es ist auch nicht allein in einem Testament eines Blinden/ sondern auch in seinen Codicillen und andern seinen letzten Willen/ noth. / solche Form zu halten Carpzov. *p. 3 c. 16. d. 5.* Verùm negantium sententia verior videtur, quia de numero octonario testium in Codicillo cœci adhibendorum in *d. l.* nihil in specie disponitur, & generalis dispositio interpretanda est pro natura materia substrata; Codicillorum verò in doles aliud admittet, scilicet sicuti se habet videntis codicillus ad testamentum videntis, ita se habet codicillus cœci ad testamentū cœci, per ea quæ tradit Nic. Eberh. *top. legal. loco à proportionē 17. n. 1.* ut proinde dicendū sit, verba *d. l. 8.* proportionabiliter esse intelligenda, hoc modo: Sicuti in testamento cœci unus testis superadditur, ita & in codicillo, ut non octo testes necessarii sint, sed sufficiant sex, cui sententiæ adstipulantur Dauth. *d. testam. rubr. qui testam. fac. poss. n. 234.* Harprecht. *ad §. fin. Inst. d. codicill.* D. Richter *ad l. 8. C. qui testam. fac. poss.* D. Struve *Synagm. jur. civil. exercit. 34. th. 57. & in jurisprud. Roman. German. forens. lib. 2. tit. 28. §. 2.*

THE S. IX. Et generaliter evertitur suspicio mediante iudiciali confirmatione i. e. solenni corroboratione actuū & contrarium initorum à superiore iudice prævia insinuatione, cuius dicitalis effectus

vertit su-  
spicio-  
nem.

effectus est, quod omnia inter partēs coram se legitimo fuisse tractata modo censeantur, atque exceptiones doli mali, metus, fraudulētæ persuasionis, nullitatis & aliæ, sicuti etiam beneficium ex l. 2. C. d. rescind. vendit. non obtineant. Bartol. in l. si expressum 19. n. 17. ff. d. appellat. Joh. Köppen decis. 8. n. 20. Quæ enim fiunt in iudicio, omni carent sinistra opinione Bald. in l. iubemus C. ad SC. Trebell. l. cum notati C. d. præd. minor. Sola enim præsentia iudicis tantum robur tribuit actui & defectus juris civilis supplet l. 19. C. d. testam. c. sicut X. d. transact.

Circa  
partum,  
ne alienus  
supponatur,  
quomodo sit  
procedendum.

THE S. X. Circa partum, quod minus alienus supponatur, quando marito denato uxor ob plurima ex hæreditate defuncti speranda commoda se prægnantem affirmat, heredes vero quorum interest partum lucem vitalem non adspicere, dubitant vel negant, quo omnis evertatur suspicio, jura volunt in l. i. §. 10. ff. d. vent. insp. ut mulier his, ad quos ea res pertinet, procuratorive eorum bis in mente denunciandum curet, ut mittant, si velint, quæ ventrem inspicient: mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque, atque hæc simul omnes inspiciant, tum ne earum, dum inspiciunt, invita muliere ventrem tangat: Mulier in domo honestissimæ fœminæ pareat, quam prætor constituet: Mulier ante triginta dies, quam parituram se putat, denunciet his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusque eorum, ut mittant, si velint, qui ventrem custodiant. In quo conclavi mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint, quam unus: si erunt, ex utraque parte tabulis præfigantur. Ante ostium ejus conclavis liberi tres, & tres liberæ cum binis comitibus custodiant. Quotiescunque ea mulier in id conclave, aliudve quod, sive in balneum ibit, custodes si volent, id ante prospiciant: & eos, qui introierint, excutiant: custodes qui ante conclave positi erunt, si volunt omnes, qui conclave ad domum introierint, excutiant. Mulier cum parturire incipiat, his ad quos ea res pertinet, procuratoribusque eorum denunciet, ut mittant, quibus præsentibus pareat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinque, ita ut præter obstetrices duas in eo conclavi ne plures mulie-

res

res liberae sint, quam decem; ancillae quam sex. Haec quae in-  
tus futurae erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua  
praegnant sit. Tria lumina, ne minus, ibi sint: scilicet, quia te-  
nebrae ad subjiciendum aptiores sunt. Quod natum erit, his  
ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum, si inspicere  
volent, ostendatur. Apud eum educatur, apud quem pa-  
rens iusserit. Si autem nihil parens iusserit, aut is, apud quem  
voluerit educari, curam non recipiet, apud quem educetur,  
causa cognita constituam. Is, apud quem educabitur, quod  
natum erit, quoad trium mensum sit, bis in mense ex eo tem-  
pore; quoad sex mensum sit, semel in mense; a sex mensi-  
bus quoad anniculus fiat, alterius mensibus, ab an-  
niculo quoad dari possit, semel in sex mensibus, ubi  
volet, ostendat. Si cui ventrem inspicere custodiri ve,  
adesse partui licitum non erit, factumque quid erit,  
quo minus ea ita fiant, uti supra comprehensum est: ei, quod  
natum erit, possessionem causa cognita non dabo. Sive quod  
natum erit, ut supra cautum est, inspicere non licuerit: quas u-  
tiq; actiones praeter se daturum pollicentur his quibus ex e-  
dicto meo bonorum possessio data sit, eas si mihi iusta causa  
videbatur esse, ei non dabo, ait Praetor. Quod edictum etiam  
hodie ob successionem feudalem habet utilitatem, in casu, si  
vidua, praesertim defuncti nobilis praegnantem se esse dicit,  
Hahn. ad Wesenb. ff. d. inspiciend. ventr. D. Struve exercit. 30.  
th. 81.

THESES. XI. In alienandis minorum caeterarumque his  
similium personarum rebus ad evitandam suspicionem frau- In alie-  
dis & circumventionis, quae quandoque contra tutores & cu- nandis  
ratores oritur, quod minorum bona segniter imprudenterq; rebus mi-  
administrent, nec illi perpendant quid utile futurum noci- norum  
turumve pupillo sit, propriis contra commodis promo- decretum  
dis magis intenti sint; ut taceamus utilitatem Reip. hinc in de alie-  
aliis quoq; personis, quae licet minorennem aetatem sint super nando re-  
gressae, utpote sunt furiosi prodigi, mente capti, aliique his si- quiritur.  
miles paribusque cum minoribus gaudent privilegiis, intro-  
ductum est, ut alienationes seu contractus rerum immobili-  
um vel mobilium quae servando servari possunt non nisi co-  
ram

ram Magistratu ejusque interveniente decreto validentur  
adeo ut certis quibusdam solemnitatibus ac ritibus omiſſis  
aut non legitime adhibitis decretum fit nullum, & ut pu-  
pillo non ſolum adverſus tutores vel curatores actio tutela  
*l. 6. C. arbitr. tutel. ſed & contra quoscumque rei ita aliena-  
tæ poſſeſſores tam univerſales quàm ſingulares vindicatio  
comperat l. 4. C. d. prad. & al. reb. minor.* quia in minoris  
vel pupilli dominio manſiſſe cenſeri debent, quæ illegitimo  
modo diſtracta ſunt; Quæ requiſita cum Weſenbec. *in para.  
ad tit. ff. d. reb. eorum.* ad tria capita reduci poſſunt, nempe ut  
requiratur & pupilli vel minoris æs alienum vel alia juſta ali-  
enandi cauſa; Decretum Magiſtratus, & interventus tutorum  
& curatoris vid. Simoncell. *in tr. d. decret. libr. 1. tit. 1.* qui ſedecim  
requiſita recenſet, ex quibus tamen pleraq; ad prædicta tria  
capita referri poſſe exiſtimat Hahn. *in obſ. ad Weſenb. eod.* Ita-  
que ſi judici de legitimis alienandi cauſis certò conſtet, co-  
gnitionem cauſæ interponat ita ut diligenter excutiat, an-  
aliunde pecunia ad exſolvendum æs alienum poſſit expedi-  
ri, & ſi deprehenderit præter prædia nihil eſſe unde æri alie-  
no ſatiſferi poſſit, tunc demum diſtractionem permittet &  
*magis puro §. 9. ff. d. reb. eor. l. 1. §. 2. ff. eod. & cavebit, ut diſtra-  
hatur res minus damnoſa, & ſi ſit alia poſſeſſio minor vel  
minus utilis pupillo, magis eam jubebit diſtrahi, quàm ma-  
jorem aut utiliorem §. 10. eod.*

THEſ. XII. In donatione Geradæ à muliere faciendâ  
ad omnem evitandem ſuſpicionem fraudis vel perſuaſionis  
certa requiſita debent in foro Saxonico obſervari. Et quidem  
ſi judicialiter fit, debet fieri donatio in loco judicij, coram  
judice pro tribunali ſedente & ſic ad eſſe judicis autoritas,  
*Conſt. Elector. Sax. p. 2. c. 14. verb. Vor Gerichte.* Donatarius  
debet eſſe præſens in ipſo donationis actu, ibi: *In ihrem  
Beſeyn.* Accedat autoritas Curatoris verb: *Durch ihrem  
kriegiſchen Vormund & ſi maritata eſt donatrix, adjungi de-  
bet conſenſus mariti. D. Struv. exerc. 40. th. 6. Carpz. ad d.  
conſt. def. 2.* Tradantur Claves ibi: *mit Uberantwortung der  
Schlüssel.* Donatario una cum clavibus exhibeatur designa-  
tio

tio rerum geradicarum in donationem venientium, verb:  
Dem donatario ein Verzeichniß & donatio ista gerada pu-  
blico inferatur libro, verb: Welche hernach dem Verichts-  
buch einzuverleiben. Si extrajudicialiter fit gerada donatio,  
requiritur, ut species gerada donata valorem 500 aureorum  
Hungaricorum non excedant, *d. Const. Elect. & fiat in praesentia*  
*duorum vel trium testium, vel coram Notario & testibus;*  
*accedat clavium traditio, & praesentes sint cista & capsae, qui-*  
*bus res geradicae sunt inclusae vid. Carpz. d. l. d. n.*

THE S. XIII. Cum iudex homo sit, qui affectibus regi vel  
causarum coram se agitararum oblivisci potest, Doctorum *Major a-*  
sententia est, quod potior fides sit habenda actis, quam ipsi *ctus quam*  
iudici; nempe si dubium sit, quo pacto sententia fuisset pro *judici fides*  
lata, vel quo pacto partes in iudicio transegerint, tunc magis *habetur.*  
actis, quam assertioni iudicis credendum esse defendit Jodoc.  
Damhoud. *prax. civil. c. 149. n. 72. vid. infra c. 6.*

THE S. XIV. Equidem Iudex vel Magistratus, si ipsi vel ejus  
officiali sive satelliti iustum munus obeunti, injuria facta, illa *Judex inju-*  
taq; est intuitu officii seu dignitatis, ipse desuper cognoscere *riam sibi il-*  
atque injuriantem punire potest, nam non in proprio sed a *latam vin-*  
lieno, puta Reipubl. negotio procedere & judicare censetur *l. dicaturus*  
*n. C. si quis Imper. maledix.* ibique Brunnem. Ut tamen o- *Acta trans-*  
mnem suspicionem effugiat iudex, rectius facit, si acta ad Col- *mittat.*  
legium non suspectum, ad causam determinandam, trans-  
mittat, Brunnem. *ad d. l. in fin.*

THE S. XV. Iudicem suspectum recusari posse, non est  
quod longiori deductione egeat, cum experientia nos do *Judex su-*  
ceat, quosdam iudices affectibus suis ita indulgere, ut licet *spectus re-*  
quod iustum & rectum est, bene cognoverint, id tamen de *moveri pot-*  
cernere nolint, & jure victori invidiant, nullum *est.*  
non lapidem moventes, quod vel iudicatum suspendant vel  
causam technis involvant, ut desperandum planè sit parti  
causam justam foventi de prospero litis successu Carpzov.  
*part. 3. decis. 221. n. 15.* Num autem iudex ordinarius recusari  
queat, quaestio est. De jure civili iudicem delegatum non  
verò ordinarium ut suspectum removeri posse dicit Gail. *lib.*

C

1 obs.

obs. 33. n. 1. per authent. si verò contigerit. C. d. judic. Mynsing.  
cent. 2. obs. 52. Bronchorst. cent. 1. assert. 66. per Nov. 86. cap. 2.  
cum ordinarius habeat perpetuam jurisdictionem, & proinde  
de per recusationem ab officio & magistratu removeri non  
debeat, Joh. Baptist. Costa in tractat. d. subsid. remed. 123. n.  
7. Jure verò Canonico dicendum videtur, quod omnis re-  
cusari possit judex per cap. 61. X. d. appellat. Sichard. ad l. au-  
pertissimi C. d. judic. n. 6. Tuschus pract. conclus. 422. Quod jus  
Canonicum etiam in foro civili observandum suadet VVe-  
senbec. part. 3. consil. 98. n. 202. Quicquid sit, in praxi pro sin-  
gulari cautela observatur, ut quotiescunque suspicio appa-  
ret, pars petat, ut tam judici ordinario, quàm delegato seu  
Commissario alius adjungatur; satius enim est, judicium  
per Commissarium adjunctum sustineri, quàm planè destrui,  
præsertim si causa agitur, quæ magni est præjudicii atque  
momenti, audiendum alterutrum ex litigantibus Com-  
missarium adjunctum petentem tradit Anton. Tesauro. decis.  
255. n. 6. ut hinc nemini mirum videri debeat, si alius judici  
adjungatur commissarius propter causæ difficultatem & im-  
minens, periculum, ob quod à regulis juris tum recedi pot-  
est l. de pupillo §. si quis rivo. ff. d. nov. oper. nunc. ex quo etiam  
in causis criminalibus de adjungendo Commissario judici  
ad partis requisitionem & instantiam res expedita erit, Tes-  
faur. d. l. n. 6. Carpz. d. l. n. 22. & ita Scabini Lipsienses anno  
1647. pronunciarunt: Ist vor wenig Jahren bey der Käyser-  
lichen Soldatesca Einfall das Rathhaus daselbst  
geplündert / und etliche übergebene contributions, Rechnun-  
gen verlohren worden. Dahero wie auch andere Klagepun-  
eten halber Fürst C. zu N. Fürstl. Gnaden eine inquisition  
wider euch angeordnet / und hierzu D. W. nebenst etlichen  
Cankley Bedienten commission auffgetragen / welche bis-  
hero zu eurer Nothdurfft und defension die gehaltenen acta  
euch zu durchsehen nicht vorlegen wollen / und dadurch die  
Sache nit wenig verzögert. Worauff Ihr unterthänigst an-  
gesuchet / daß diesen Comissariis C. M. und C. O. von B. so  
beyde der Landschafft mit Pflicht verwandt / und in Diechten  
wol

wol erfahren/adjungiret werden möcht q̄d man wol son-  
sten ohn alle suspicion dergleichen nicht leichtlichen zu verwill-  
ligen / Die weil aber dennoch diese inquisition nicht geringer  
importanz/euer interesse hoch darunter versret/deswegen ihr  
eure defension zu führen gemeinet / und der process von  
Rechtsgelahrten besser als von andern so Rechten nicht erfah-  
ren/getrieben und aufgegeben werden kan. 2c. So ist Euch auch  
euer Suchen nicht s̄glichen abzuschlagen/ Sondern es wer-  
den vorigen Commissariis auch ohne Anzeigung und Bey-  
bringung richtiges Argwohns / die von Euch vorgeschlagene  
Personen/ jedoch auff eure Unkosten/ gestalten Sachen nach  
billig adjungiret/ B. N. W.

THESES. XVI. Judex evertit suspicionem protelandi pro-  
cessus, quando omnem lapidem movet, ut partes litigantes  
ad amicabilem compositionem, vel ea deficiente ad formam  
compromissi persuadeat. *Rec. Imper. Ratisbon. d. anno 1654. §.*  
*Zweytens &c. N. G. D. tit. 1. §.* Besonders / verl. Zum  
wenigsten den Process mit ihrer beyden Bewilligung per mo-  
dum compromissi eingezogen. Si verò judex ratione ami-  
cabilis compositionis voti sui particeps fieri nequit, facilem  
atque promptum se in causa cognitione reddere debet l. 13.  
§. 8. C. d. judic. Si videt, a se rem justam non fovere litigandi  
causam eum à limine judicii repellat N. G. D. d. t. §. Dies  
weil sie aber. Cognita autem causa judicet secundum privile-  
gia, statuta loci, & consuetudines receptas *Rec. Imp. d. anno*  
*1654. §. 105. add. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 33. n. 26.*

THESES. XVII. Judex evertit suspicionem si abstinet  
ab unius ex litigatoribus nimia conversatione, seu quando  
ad ejus domum non divertit; videtur enim aliquam suspi-  
cionis præbere materiam, quando iudex à litigatore ad con-  
vivium invitatus venit, præsertim si id fiat eo tempore, quo  
causa decidi debet. Solet tum sapiusculè & commendari  
causa & liberalius ex convivatoris parte exponi. D. Ziegler.  
*in Dicast. concl. 13. §. 12.* Neque ad aures litigantis insur-  
rari patiatur, sed ad evertendas suspiciones in iudiciis o-  
mnia apertè & manifestè parte utraque audiente agi debent,

*Judex par-  
tes ad ami-  
cabilem  
compositionem  
persuadeat.*

*Evertit sus-  
picionem  
judex, si ab-  
stinet a ni-  
mia conver-  
satione par-  
tis litigantis.*



nec quicquam, quod oppressis refugio est, in suspicionem ca-  
dat iustitiæ aut planè non impetrandæ, aut minis integræ. D.  
Ziegl. d. l. §. 13. Neque vel verbis vel factis uni inter litigan-  
tes magis faveat, alteri minus, sed cogniturus causam sibi  
proponere debet illud *Deuteron. 1. v. 16. Audiendo causas in-  
ter fratres vestros iudicate iuste inter virum & fratrem ejus, etiam-  
que peregrinum ei. Ne suspicite personam in iudicio, eque magnum  
atque parvum auditate.* add. *Levit. 19. v. 15. Evitabit suscipi-  
onem iudex si utramque litigantium partem simul citet &  
audiat, neque uni parti in alterius præiudicium concedat  
audientiam.* Egid. Bellamer. *conclus. 671. n. 5. Ziegl. d. l. §. 25.*  
Hinc nec ante plenam causæ cognitionem de eius bonitate  
& statu vel confidenter nimis & præsumptuosè, vel nimis ab-  
jectè & depressè verba faciat, suspicionem non evitabit, qui  
plenam causæ cognitionem iudicio suo antevertit, & quid si-  
bi videatur, in vulgus pronunciat. Idem §. 40. Laudandè  
hinc sunt Synedriorum Assessores apud Judæos, de quibus  
hæc refert Johannes Seldenus d. *Synedr. lib. 2. c. 13. n. 10. Ne-  
que fas habitum Synedrio, cum è Synedrio exiisset, de suffragiis Col-  
legarum aut suo verba facere. Qui autem fecisset, velut infamis  
nomine divulgantis arcanum habebatur.*

*Advocatus  
evertit su-  
spicionem, si  
non omnem  
causam de-  
pravatam  
assumit.*

THEŒ. XIII. Advocatus in iudicio evitat suspicionem re-  
tartandi processus, quâ aliàs laborare solent apud vulgum  
advocati, ac si conscientiæ vel nullam vel exiguam habeant  
rationem, si non quamvis sordidam, iniustam, vulneratam,  
nefandam, impiam scabieque depravatam causam in iudicio  
defendendam suscipiat, Dur. d. pascol. *in aul. polit. reg. 338. de*  
*quo non iniquè Barclaj. Icon anim. c. 15. p. 333. & seqq. conquere-  
ritur, nullas lites, nulla in iudicium vocata flagitia esse, quæ  
non patronum inveniunt, modò sit advocacy pretium,  
cui, tanquam omnem patriæ caritatem vincenti, obsequium  
nunquam deest. Boni quoque advocati laudem consequitur  
malitiæq; suspicionem evitat, si processum clientis sui celeriter,  
quantum fieri potest, ad finem perducit, quam celeritatem  
iudiciorum tam in iudicando quam postulando Guicci-  
ardinus, citante Traian. Boccalin. *in relat. ex parnass. cent. 3. vel.**

20. et-

20. etiam apud Turcas fervari refert & laudat, Omnes fugiat ambages, quæ processum retardare possunt; alias Clientes intelligent nihil minus advocatos quam prædones servare, nisi quod lentius cædant, uti argutè loquitur Barclaj. in *expohorm. part. i.* Si forsitan causa contra Principem, cuius subditus advocatus est, ventiletur, cum Principis persona subdito semper sancta esse debeat, ut omnem lædendæ Principem amoveat suspicionem. suadent DD. bono advocato convenire, ut Principis permissionem impetret, antequam se patrocinio causæ committat. Quatenus contra hodiernos Magistratus qui superiorem recognoscunt, ne quis iure suo excidat, postulare quis possit vid. *Mev. p. i. decis. 155. n. 6.*

THESES. XIX. Partes litigantes evitant suspicionem fallendi adversarium, quando publicè in iudicio iudicem compellant & abstinent ab aditione iudicis privata; præterquam enim litigator privatim iudicem interpellans præsumptione aliqua se onerat, ipsum causæ suæ diffidere, & proinde non tam iudices quam patronos quærere, iustitiæ quadrantenus impedimentum ponitur, cum ita informatus vel potius præoccupatus iudex rarissimè iustam sententiam iustè proferat, imò privatus ille informator peccet, ideo quòd iudicis animum corrumpere tentet. Graviter hanc in rem D. Ziegler in *Dicastice concl. 17. n. 5.* ait: *Causa corrupti iudicii referenda plerumque est ad perversissimos istos mores hodiernos, secundum quos partes cum vel sine advocatis, aut etiam Advocati soli convenire iudicem & Assessores in adibus privatis solent, ut eos privatim de causa informant. Ea res & iudicem dedecet, & partem interpellantem. Iudicem, quia hinc suspicionis notam incurrit, ex privata eiusmodi informatione animum eius corruptum esse, atque partium studio in iudicium inferri. Litigatorem interpellantem, tum quia hinc aliqua præsumptio nascitur, causam eum suam minimè considerare, & proinde non tam iudices illi, quam patronos quærendos esse, tum etiam, quia per se vitiosus est actus ille, quo quis alterius animum corrumpere tentat. Nec enim minus, imò forte magis peccat, quam qui servum alterius corrumpit, de quo videri possunt DD. ad tit. ff. d. serv. corrupt.*

Partes litigantes à privata iudicis aditione abstineant.

# CAPUT III

DE EO

## QUOD PER INVENTARIUM ET SPECIFICATIONEM JURATAM FIT.

THES. I.

*Inventario  
evertitur  
suspicio.*

**I**ntimus modus evertendæ suspensionis, ne quis bona aliena intervertisse existimetur, sed famam nomenque boni administratoris ac viri honesti mereatur ac consequatur, est, si fiat *re-pertorium*, in quo designentur res singulares vel in patrimonio, vel sub administratore gestoribus existentes, seu conficiatur inventarium, quod caput est ac fundamentum omnium rationum, Bartol. *in l. 72. §. 2. ff. d. condit. & demonstrat.* Atque huic ut publico instrumento statur, donec probetur contrarium Berlich. *decision. 160. n. 15.* & qui dicit res quasdam esse omittas, illud probare debet D. Richter *decis. 59. n. 11.* neque inventarium solenne juramento debet verificari Carpzov. *p. 3. c. 33. d. 8. sed pro inventario, quod ritè & solenniter confectum est, præsumitur, Carpz. d. l. def. 10. n. 1.*

*Tenantur  
inventarium  
conficere  
Administratores rerum publicarum.*

THES. II. Administratores *publicarum rerum* seu certæ communitatis vel universitatis, hoc est, civium & incolarum alicuius villæ, pagi, aut collegii ad conficiendum inventarium obstricti sunt, ni suspensionem interversionis velint incurrere, cum etiam Magistratus, Consules & Rectores, *Amptleute / Bögte* ad rationes reddendas teneantur *l. 4. C. d. episcop. & cleric. l. 2. §. 2. ff. d. administr. rer. civit.* Huc referendi sunt Orphanotrophi, Armeni *Borsteherer* / qui aggregantes administrationem conficere tenentur inventarium, cum sint pupillorum quasi tutores seu administratores, adulatorum verò quasi curatores, orphanorum res, presentibus publicis personis, custodiendas atq; administrandas accipere de-

debent *l. 30. orphanotrophanos C. d. episcop & cleric.* quo etiam  
textu adiutus Bartolus respondit, administratorem orphano-  
trophii nec in iudicio, nec extra posse aliquid orphano-  
trophii nomine gerere, nisi facto prius inventario, & decre-  
ta sibi administratione per superiorem. Munoz. *d. ratiocin. c.*  
*9. n. 7.* Similiter Ecclesiarum Oeconomi Kirchen Vorste-  
here Carpz. *Jurispr. Consistor. lib. 1. def. 157. n. 4.* Praefecti  
Scholarum, Officiales Principum ac Statuum Imperii; Admi-  
stratores ærarii Principis, Zahl oder Pfennigmeister, unde  
Principum quæstores *rationales* appellantur *l. procuratores 4.*  
*C. d. mod. mult.* Imo Fiscus de bonis proscriptorum inven-  
tarium conficere tenentur *l. 7. in fin. C. d. bon. proscript. ibique*  
Brunnem. Munoz. *d. c. 9. n. 8.*

THES. III. Administratores rerum privatarum, quæ  
singulorum sint, ad evitandam suspicionem rei non bene ge-  
stæ, & ne quid in rationibus distraxisse videantur, conficere  
tenentur inventarium. Sic tutor sive sit testamentarius, sive  
legitimus, sive dativus, aut honorarius sit, mater an avia, fal-  
sus tutor, an protutor, nihil interest, antequam tutelam susci-  
piat, tenetur ad confectioem inventarii *l. 24. C. d. admin. tutel.*  
Quod si illud non conficiatur, quasi suspectus ab officio re-  
moveretur *l. fin. §. un. C. arbitr. tut.* quia leges præsumunt, eum  
ideo hæc omittre, ut possit deinde res pupillares vel negli-  
gere, vel in suos proprios usus convertere Manzius. *d. tutel. p.*  
*1. in. 7. n. 39.* contra eum in litem juretur *l. 7. in pr. ff. d. ad-*  
*min. tut.* Mevius *p. 6. decis. 59.* notetur infamia *d. l. fin.* quæ  
nec ex imperiali rescripto aboletur *d. l. fin. §. fin. Colleg. Ar-*  
*gentor. d. administrat. & peric. tut. th. 14.* De aliis penis corpo-  
ralibus, quæ contra tutores inventaria non conficientes ita  
tutæ sunt, vid. *d. l. fin. §. fin. l. 1. §. fin. ff. d. suspect. tut.* Mevius  
*d. l.* Suspicionem tamen hæc evertit tutor, qui confectio-  
nem inventarii omisit, si pater in testamento suo confectio-  
nem tutoribus testamentariis remiserit, vel eam vetuerit *l. fin.*  
*§. 1. C. arbitr. tutel.* Brunnem. *ad l. 7. ff. d. administr. & pericul.*  
*tut.* Eo tamen casu non relaxatur privata rerum pupilla-  
rium consignatio Mev. *d. l. n. 11.* vel si iudex ex iusta causa de-  
cer-

cernat, inventarium à tutore non esse conscribendum, ut po-  
te, quòd non expediat manifestare bona pupillorum Mev.  
*d. l. n. 9.* vel absque iussu iudicis iusta aliqua causa non con-  
ficiendi inventarii adfit Mevius *p. 4. dec. 8. n. 5. v. g.* si pupil-  
lus planè nulla bona habeat Mev. *dict. loc.* vel si tutor sine  
inventario aliunde forsan quantitatem bonorum pupilla-  
rium probare possit Brunnem. *ad d. l. 7. ff. d. administr. intel.*  
vel si bonorum quantitas ex ipso repertorio, quod ipse de-  
functus fecit & ei subscripsit, apparet Brunnem. *ad d. l. 7.* vel  
si pupillus non nisi certa bona habeat, eaque tutoribus ad  
administrandum data sunt, sique probare possunt se ea fide-  
liter, sincerè, & sine fraude administrasse, & rationes reddere  
posse Cothman. *vol. 5. cons. 39. n. 12.* vel si non dolo, sed ex  
simplicitate aut rusticitate inventarii confectioem omiserit  
Mev. *d. l. n. 19.*

*Heres.*

THES. IV. *Heres*, sive solus sit, sive coheredes ha-  
beat, sive sit ab intestato, sive in testamento institutus, sive di-  
rectus, sive fideicommissarius, sive possessor hereditatis & qui  
se hereditati immiscuit, inventarium rerum defuncti tam  
respectu creditorum ac legatariorum, quam cohæredum, qui  
postea illud exigere possunt, conscribere tenetur Carpz. *p. 3.*  
*c. 33. d. 6. & lib. 6. respons. 65.* Et mediante hac confectioe heres  
ab omni suspicione & iniqua præsumptione se liberat, & præ-  
nam in lege contra heredem inventarium non conficientem  
expressam vitat; adeo ut inventario solemnî, præcipuè cum  
decreto iudicis confecto, semper pro eo militet præsumtio,  
eo usque quod si heres inventarium in iudicio exhibeat, nul-  
laque alia bona in hereditate reperta extare affirmet, & cre-  
ditores contrarium asserere non erubescant, tamdiu stetur  
inventario & assertioni heredis, donec contrarium, plura ni-  
mirum bona maioremque substantiam, præter heredis defi-  
gnationem extitisse, evidenter demonstretur *d. l. fin. §. 5. C. d.*  
*jur. delib.* nec creditoribus defuncti ultra vires ac facultates  
hereditarias tenetur *l. fin. §. 4. C. d. iure deliber. ibiq;* Brunnem.  
falcidiamque de legatis detrahere potest *d. l. fin. §. 4. C. d.*  
*jur. delib.* Cùm aliàs si non confecerit inventarium Credi-  
tori-

coribus & legatariis omne æs alienum solvere debent, etiam de suis Perez. *ad d. l. fin. C. d. jur. delib.* legitimam, falcidiam & trebellianicam, ob non confectum inventarium omittat D. Struve *d. exerc. th. 57.* Certis tamen casibus ad inventarii confectio- nem non tenetur, & sic cessat omnis subversionis suspi- cio, si testator fidei commissarium ab onere conficiendi in- ventarii expressè liberavit Heeser. *d. varion. n. 132.* vel quan- do quis hereditatem non immediatè per se & sua persona, sed mediatè à tertio accepit Berlich. *decis. 289. n. 18.* vel quan- do consuetudine ita receptum est, ne heres inventarium conficere teneatur D. Richter *decis. 58. n. 28.* vel quando in- ventarium post apprehensionem rerum hæreditariarum fa- ctum est. Mev. *p. 1. decis. 146.* vel si justa causa apprehensio- nis & administrationis ante confectio- nem inventarii facien- dæ subsit, Mev. *d. l.*

THESES. V. Pater bona liberorum adventitia admini- strans regulariter non tenetur conficere inventarium; nolue- re enim leges in paternam reverentiam tam injuriosæ esse, ut propterea patrem implicatum utique suum interesse pro- pter usumfructum habentem subicere voluerint tam gravi suspicioni, D. Præses. *in dissert. d. pecunia pupillari th. 18.* add. *infra cap. 7.* Si verò de dissipatione subsit periculum, & pa- ter de prodigalitate, vel aliàs ex magna causa sit suspectus, non immeritò ad inventarii confectio- nem cogendus est *arg. l. cum apud veteres 2. C. qui & advers. quos in integ. Mynsing. 2. obs. 93. n. 6.* Finckelthaus *obs. 76. n. 16.* Berlich. *decis. 160. n. 32.* Carpzov. *lib. 6. Respons. 69. n. 13.* vel si pater secundas nuptias contraxerit Mev. *ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 21. n. 13.* hoc ca- su confidentia, quam lex habet de patre erga liberos, cessat *l. fin. §. si autem C. d. bon. qu. lib.* cum præsumatur per secundas nuptias patrum animas alterari non rarò *l. 4. ff. d. inoff. te- stam.* Mev. *ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 21.* nec infrequens sit, patres novercalibus delinimentis quandoque infatuari, ut sapissimè malignum contra sanguinem suum inferant judi- cium legibus prohibitum & annullatum *l. 10. vers. sed quem- admodum C. secund. nupt.* ut etiam remissio inventarii solen- nis

Pater. 1000

1000

D

nis

nis cesset, ac Pater ejusmodi inventarium conficere obstric-  
tus sit D. Præses *dissert. d. odio secundar. nuptiar. cap. 5. lb. 2.*  
vel si admodum negligens sit in administrandis bonis Dö-  
ring. *in biblioth. JCeor. voc. administrator, vers. 87. n. 439.* In re-  
liquis ad solennis inventarii confectioem non est adstri-  
ctus. Ut autem omnem pravæ administrationis suspicionem  
diluat & evertat, cum de ipso bonorum, quæ liberorum sunt,  
substantia rationes redditurus sit, designationem bonorum justè  
& honestè intermittere nequit, Mevius *ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2.*  
*art. 21. n. 7.* Sic vitricus, qui non omni suspicione erga pri-  
vignos caret, & malæ affectionis præsumptio militat ad-  
versus eum, inventarium bonorum paternorum, quæ liberis  
primi matrimonii debentur, ad evertendam suspensionem di-  
lapidationis conficere tenetur Mev. *ad Jus Lub. lb. 2. c. 2.*

*Debitor.*

THESES. VI. *Debitor*, cujus est fugere & contra quem  
militat præsumptio ut semet conservet, etiam si cum credito-  
ris fiat jactura, si bonis cedere vult, aut jam cessit, ad evitan-  
dam suspensionem interversionis tenetur Creditoribus edere  
inventarium & omnia bona usque ad ultimum quadrantem  
indicare, & simul tradere libros rationum D. Struv. *synagm.*  
*jur. civil. exerc. 44. lb. 27.* Strach. *d. decoctor. p. 7. n. 14.* Mev. *ad*  
*Jus Lubec. p. 1. 3. art. 1. n. 20.* Similiter *Creditor*, sive pro-  
pria autoritate vi pacti inici possessionem bonorum debi-  
toris ingrediatur; sive prævia executione in eam judiciali-  
ter immisus sit, ad confectioem inventarii & redditionem  
rationum de fructibus quotannis perceptis tenetur, Carpz.  
*p. 1. c. 32. d. 28.* Klock. *tom. 3. conf. 148. n. 33.* & *consil. 169. n. 1.* &  
*seqq.* quamvis simplici eorum & ad evertendam suspicio-  
nem, & ad occurrendum delictis, assertioni stare promi-  
serint debitores, non eò tamen minus & pravitati naturæ hu-  
manæ, cui quasi innatum est vitium aviditatis, à creditore  
in possessionem bonorum debitoris immisso rationes de fru-  
ctibus perceptis exigi possunt, maximè si ipsius nuda asser-  
tio veritati consona non sit Carpz. *d. l. def. 29.* Item *Curator*  
*bonorum*, qui bonis debitoris vel fugitivi, vel defuncti, vel  
bonis cedentis datus est, vel bona absentis, vel hereditatis  
jacen-

*Curator*  
*Bonorum.*

jacentis administravit ad inventarii confectioem obstrictus  
est Gail. lib. 2. obs. 130. n. 5.

THESES. VII. *Usufructuarius*, ut à se suspicionem per-  
versi usus amoveat, rem in testatum, id est, inventarium, qua  
lis sit & fuerit, cum frui inceperit, redigat necesse est, ut inde  
possit apparere, an & quatenus rem deteriore fecerit *l. si*  
*cujus* §. *recte autem* 4. ff. *usufr. quem adm. cau.* Item *Se-*  
*quester*, *Depositarius rei depositæ*, *Factor*, *Institor*, & *Castaldus*, & ut  
multa paucis comprehendamus, quilibet administrator sive  
necessarius, sive voluntarius à lege vel homine constitutus,  
etiamsi sine mandato administraverit, cum ad rationem suæ  
villicationis sive gestionis ejus, cujus interest, teneantur, ad  
confectioem inventarii tenentur, de quibus prolixius vid.  
Munoz. de Escobar. tract. d. *ratiocin.* Roland. à Valle vol. 1.  
consil. 49. Cardin. Tusch. *pract. concl.* 202. n. 1. Heig. p. 1. qu.  
20. Franc. Porcellin. *tr. d. inventar.* Joh. Fusch. *tr. d. inven-*  
*tar.* c. 3.

THESES. VIII. Vicem inventarii sustinet *jurata specificatio*  
quando enim hi, qui ad redditionem rationum tenentur, vel  
planè non confecere inventarium, aut fecerunt quidem, sed  
non eo, quo oportebat, modo, ad evitandam interversionis  
seu distractionis suspicionem bona & res debent eis, cujus in-  
terest notitiam illarum habere, jurisjurandi religione mani-  
festare. Et sicuti pro solenni inventario tanquam instru-  
mento publico præsumitur, sic pro specificatione tanquam  
nuda & privata designatione tantum abest, ut sit præsumtio,  
ut potius fraus aliqua præsumatur, quæ jurejurando excul-  
panda eoque, cum nuda plenam fidem haud faciat, supplen-  
da, Rauchbar. p. 1. qu. 29. n. 11. Mévius *ad Jus Lubec.* p. 2. tit.  
2. art. 27. & part. 6. *decis.* 59. n. ult. Super legitimo & solen-  
ni inventario juramenti delatio prius non admittitur, quam  
si defectus allegentur iique sint verisimiles *l. fin.* §. *licentia C.*  
*d. jure deliber.* Specificatio ergo seu nuda designatio inven-  
tarii vicem non supplet, neque ex se fidem habet, nisi ju-  
ramento accedente. Illud non eget juramento, idque ideo  
exigi non potest, nisi iusta & evidens adsit ratio; In designa-

D 2 tione



tionem autem loco solennitatis, quâ inventarium constat, juramentum omnino est necessarium, sine quo non valet, & licet nihil defectuum arguatur, juramento tamen corroboranda est Mev. p. 6. decis. 59.

*Heres.*

THES. IX. *Heres non conficiens inventarium, si juratam specificationem, quâ omnia bona defuncto indicantur, præstat, extra periculum est, neque pœnas quæ omittentibus in jure statuta sunt, metuere necesse habet, idque consuetudine in Germania introductum est, non solum in Electoratu Saxon. sed etiam in aliis terris Imperii, Brunnem. comment. C. ad d. l. fin. d. jur. deliber. Mevius p. 2. decis. 46. D. Richter ad Authent. sed cum testator. C. d. L. falsid. Joh. Philippi in us. practico. Inst. lib. 2. eccl. 77. n. 7. Carpzov. p. 3. c. 33. d. 8. adeo ut Juris Saxonici interpretes testentur, in foro Saxonico nullum ferè usum aut effectum habere confectionem inventarii, nisi quod relevet à jurejurando Rauchb. p. 1. q. 29. n. 18. Unde alternatim solet responderi, prout ex responso Dnn. Jctorum Jenensium anno 1622. constat, ibi: Wofern die von Bekl. Witwen Vormunden übergebene specification ihres Abnherrn Verlassenschaft mit einem leiblichen Ende bestärckt wird / welches sie die Witbe zu thun verbunden: So ist solche an statt eines solennischen und zu rechte beständigen Kundbuches zu halten / und gedachte Wittwe Deswegen ferner nicht zu beschweren. D. Mo vius d. jurat. specif. c. 2. §. 8. ubi post Wesenb. consil. 13. n. 15. Coler. d. process. execut. p. 2. c. 3. n. 400. infert, quod consuetudo introduci queat, quæ inventarii confectione remissâ, jurata specificationi locum faciat, cum confectio inventarii sit juris positivi, adeoque contraria lege seu scripta seu non scriptâ tolli possit. Num verò utrumque & inventarium & jurata specificationis ab herede exigi possit, dubium facit l. ult. §. 10. C. d. jure deliber. Mevius p. 6. dec. 92. videtur communem sententiam probare, quod ubi nullus defectus probari aut verosimiliter demonstrari possit, juramentum deferri nequeat. Certè agonizante testatore seu domino aut mortuo, antequam accersatur Notarius omnia consignaturus, multa præciosa inter-*

ver-

verti possunt, & solent, ut testatur experientia & hominum nequitia atq; avaritia, ut in hac quaestione decisionem Principis desideret Brunnem. *ad d. l. fin. C. d. jur. deliber. n. 47.* In praxi certum est, alternativè pronounciari testantibus id Rauchbar *p. 1. qu. 29. n. 8. & seqq.* Carpz. *d. l. Dasß Beklein gebührliches inventarium vorzulegen/ oder in Ermangelung dessen / vermittels eines Eydes die Erbstücke anzuzeigen schuldig sey.* Imò peccare iudicem, iuramentum imponendo, cum adest solenne inventarium, nulla fraude detecta apparente, dicit Mevius *ad Jus Lubec. p. 2. t. 2. in addit. ad n. 59.* Caterùm quamvis suspicionem fraudis heredem præter inventarium solenne, ad iuratam quoque obligare specificationem asserit D. Movius *cit. loc. §. 11.* ita ut si vel præsumptione saltem probet aliquid doli ab herede, vel in confectioe inventarii, vel extra id esse commissum, non immeritò heres, quam exhibuit bonorum hereditariorum designationem, sacramento corroborare necesse habeat *arg. l. ult. §. fin. C. d. his qui ad Eccles. confug.* Roland. à Valle *d. confect. invent. p. 4. qu. ult.* Rauchbar. *p. 1. qu. 29. n. 15.* Berlich. *p. 2. dec. 160. n. 15. & seqq.* An verò heredis heres ad iuratam designationem deficiente inventario adigi possit? Negant Modest. Pistor. *p. 3. qu. 126.* ibique Scultes *in not. n. 165.* Berlich. *p. 2. decif. 160. n. 20.* Carpz. *p. 3. c. 33. §. 14.* Affirmat Brunnem. *ad l. ult. §. 205. C. d. iure delib.* Fiduciarius heres, si inventarium minus solenne fecit, quod descriptionem mobiliium, immobiliium, iurium itemque actionum contineat, & fideicommissarius exigat iuramentum, quod illud confirmet, illud præstare nequitiam tenetur Hahn. *ad Wesenb. tit. ad SC. Trebell. n. 8. serè circa initium.* sed fideicommissarius plus petens, probare debet plus adfuisse, idque ab herede dolosè interceptum *arg. l. 58. §. fin. ff. ad SC. Trebell.* D. Mov. *c. l. §. 15.*

THE S. X. Vidua, quæ pro securitate dotis aliorumq; illatorum, quin & pro lucro dotali, quod ex pacto, testamento vel statuto loci, ubi maritus habuit domicilium, sperat, retentionis iure gaudet, habetque facultatem remanendi in possessione.

possessione bonorum mariti, donec eo nomine ei satisfiat  
Carpz. p. 2. c. 25. d. 8. ad effugiendam patrimonii diminutio-  
nis suspicionem tenetur inventarium conficere; si & illud  
deficiat mediante iuramento bona manifestare, rationes-  
que reddere, Carpzov. d. l. d. 14. Mevius ad Jus Lubec. p.  
2. t. 2. artis. 27. numer. 59. nisi statutum vel consuetudo cer-  
tas requirat solennitates, quibus standum est Mevius  
cit. loc. Si lucra muliebria propria autoritate occupaverit,  
ne plus ultra debitum & cum damno & iniuriâ heredum si-  
bi sumsisse dici possit, non extante inventario mediante iura-  
mento indicabit, quid & quantum acceperit, D. Movius d. l.  
c. 4. §. 6. Neque semper sufficiet, si mulier exhibeat scri-  
pturam mariti, continentem lucra mobilia, quæque ad ipsum  
intulerit, quò minus eam iuramento stabilire teneatur, idque  
ad effugiendam suspicionem fraudis, quæ præsumitur; cum  
tenerimus sit affectus sponsi erga sponfam, ut facile in huius  
favorem, & tertii præiudicium quid fieri possit. Itaque res  
arbitrio iudicis committenda est, præprimis si præsumtio a-  
liqua urgeat in contrarium, v. gr. si sit noverca, quæ eiusmodi  
scripturam liberis prioris matrimonii offerret, quæ à præ-  
statione iuramenti haud foret immunis, considerata illa præ-  
sumptione, quam ius nostrum in deteriorem partem de no-  
vercis habet, Brunnem. cent. 4. d. 69. Mev. d. l. §. 7. Simi-  
liter vidua in concursu creditorum privilegio dotis ex l. 12.  
C. qui potior. in pign. potitura probare debet dotem marito  
reverà esse numeratam d. l. 12. neq; sufficit si ad probationem  
mariti defuncti iuratam specificationem dotis aliorumque  
illatorum exhibeat, cum arctissima illa coniunctio & dilectio  
quæ intercedit inter maritum & uxorem fraudibus & collu-  
sionibus facile anslam præbens omnem testimonio fidem de-  
roget l. 3. ff. d. test. iuramentumq; præstitum tertio præiudica-  
re nequeat c. veritatis 14. ubi Panormitan. n. 3. X. de iur. iur.  
Carpz. d. c. 28. d. 73. qui etiamsi mulier in supplementum iu-  
rare vellet, non tamen illam admittendam esse asserit def. 75.  
quod tamen Mevius p. 3. decis. 330. n. 5. ita temperat, nisi acce-  
dant, quæ fidem faciant designationi mariti, adeoque suspi-  
cionem elidant, ut si maritus moribundus jurato indicasset  
dotem

dotem aliaque illata, quo tempore falsum dixisse non præsumitur, atque hoc casu foeminam ad juramentum suppletorium admitti posse concludit Mev. d. l. §. 8.

THESES. XI. *Mater vel Avia* quæ liberorum tutelam suscepit, nec inventarium facere curavit, tenetur ad specificationem edendam, Finckelthaus obs. 76. n. 19. & ita pronuntiavit Facultas juridica Lipsiensis anno 1629 *Mater vel Avia.* Würde Appellantin an stadt des uferlegten Inventarii eine beglaubte specification, Derer von ihrem Manne hinterlassenen Güter, jedoch ohne Eyd/übergeben; So wird Sie darbey billich gelassen; Quando verò contra matrem urgentes quædam rationes suspectæ administrationis atque fidei proferantur & demonstrantur, tunc debet edi jurato & ita anno 1620 pronuntiatum in Curia Electorali Saxonica suprema: Daß Beklagte / wegen Mangelung eines inventarii, die Verlassenschaft nunmehr vermittelst Eydes / anzuzeigen schuldig.

THESES. XII Et generaliter omnes, qui obstricti sunt alteri ad redditionem rationum, quas inventarium vel specificationem antecedere solet, & absque quo sane de receptis, eorumque augmento ac decremento qualitate & quantitate constare nequit, tenentur hanc jurato edere; si petatur, ad quam *Socius, Cedens bonis, Creditor* aliq; plures tenentur. De iis qui ad reddendas rationes sint adstricti vid. Menoch. cas. 209 n. 1. & seqq. d. arbitr. jud. quest. Heig. p. 1. q. 20. n. 1. Carpz. §. respons. 69. n. 1. & seqq. Naurath. d. ratiornar. Juraturi tamen seu jurare jussi intra terminum legalem se offerre, ac juramentum præstare adeo præcisè non obstricti sunt, cum terminus legalis ad ea solum juramenta adstringatur, quæ probationis vicem obtinent Rauchb. p. 1. qu. 10. n. 32 ut proinde ille, qui ad specificationem juratam obligatus est, admitti debeat, licet intra terminum legalem se non obtulerit, nec citationem adversarii impetraverit, quia hoc juramentum non est vice probationis, sed in pœnam inventarii omisæ constitutum & introductum Nov. 1. cap. 2. §. 1. pœnæ autem leniendæ potiùs sunt, quàm exasperandæ, l. 41. d. pœn. Carpz. p. 1. c. 13. d. 17. Moy. d. h. c. 2. §. 21.

CAPUT

CAPUT IV  
DE  
EO QUOD JURATO FIT.

THES. I.

*Transitus.*

**Q**uamvis de eveticulo suspicionis, quod per juratam specificationem fit, in proximè precedenti capite & sic etiam de juramento actum sit; Quoniam tamen alio adhuc modo jurato, præter specificationem ceu denominationem fieri solet, scilicet si absq; ejusmodi manifestatione bonorum in scriptura vel statim per juramentum eximitur quasi aliorum suspicioni, eidemque fides plena habetur, vel sola urget suspicio, ut juretur; de eo in hoc capite agemus.

*Ut acta publica plene probent, persona actuarii debet esse jurata.*

THES. II. Sic acta publica & protocollum, de quibus in anteced. capite non nihil dictum est, & in quo gesta in judicio ab Actuario aliove cui id negotii in judicio specialiter commissum, annotata sunt, ut omni careant suspitione, libenter constitutum est, ut persona scribens protocollum seu Actuarius, qui dicitur *Gerichts-Schreiber* sit jurata Philipp. ad decis. noviss. 38. Elect. Saxon. observ. 2. n. 5. Protocollo enim ab ipso conscripto fides non habetur, nisi iuramenti religione sit constrictus *Ordin. Camera!* p. 1. art. 59. rubr. *Der Gerichts-Schreiber und Leser Eyd.* Et sufficit, juramentum hocce in confesfu Senatus, vel coram iudice & Scabinis præstari Berlich. p. 1. concl. 8. n. 8. n. 56. Jure verò Saxonico præstandum est in præsentia subditorum, quo in posterum eo magis iuramenti præstiti memores sint Carpozov. p. 3. decis. 201. n. 30. & 34.

*Juramentum purgatorium.*

THES. III. Sæpius contra homines diffamationibus quibusdam, suspicionibus & indiciis ad condemmandum tamen insufficientibus militantibus æquum est, eos non prorsus absolvi, sed ut sese conscientiamque suam per iuramentum purgare teneantur Berlich. p. 1. concl. 52. n. 1. Carpozov. pract. crimin. p. 3. qv. II. n. 59. & seq. & p. 1. c. 22. d. 1. n. 1. (quod iuramentum)

mentum D. Mevius in comment. ad jus Lubec. lib. 2. tit. 3. art. 3. n. 50. vocat everticulum omnium suspicionum vid. D. Lauterb. disert. ad jus statutar. Hamburgens. thes. 48.) Talis purgatio seu innocentiae confirmatio, fit vel vulgariter vel canonicè Vulgaris purgatio instante diabolo superstitiosâ quadam observatione potius quàm religiosa inventa vel inducta est, & fit vel per duellum, qualis modus planè improbat *can. monomachiam 2. q. 4.* vel per aquam frigidam aut calidam, vel per ignem, id est ferrum candens, prunas ardentes. Huc pertinet proba olim in Germania usitata, qua veneficæ undique rasæ aquis injiciuntur, & si submergantur, innocentes habentur, si supernatent noxiæ, quæ tamen superstitiosa est Delirio *disqu. magic. lib. 4. c. 4. q. 5. sect. 1.* Canonica purgatio fit in primis si reus non sit vilis & fide indignus tactis SS. Evangelii jurat se crimen obiectum nec per se, nec per interpositam personam perpetrasse *c. 5. in fin. X. d. purgat. canon.* adiungens sibi coniuratores sive compurgatores aut sacramentales vicinos, qui reum familiariter noverint *Setzer. d. jurament. lib. 3. c. 11. n. 30.* qui iurent se credere reum crimen obiectum non commisisse & verum iurasse *c. 13. d. 1. In Veteri Testamento* mulieribus adulterii insimulatis exhibita fuit portio maledictionis *Numer. 5.* Postmodum in *Novo Testamento* receptus est modus per sumtionum S. cænæ in primis à summis Pontificibus, qui super gravioribus criminibus diffamati le hâc vel illâ viâ purgarunt, cum imprecatione, ut si crimina obiecta commisissent, susceptio sacramenti in animæ suæ perniciem tenderet, *Hostiens. in summ. ad c. 1. X. d. purg. can.* unde vulgatum: *Das man das heilige Abendmahl drauff nehmen wolle* profluxisse autumant, sed hoc everticulum suspicionis incertum est.

THES. III. Juramentum, quo quis sese purgat à suspicionibus hominis aut iuris, præviâ cognitione & suspicionis probatione, à solo iudice, sive ordinario sive delegato, *Juramentum purgat.* compromissario & arbitro non solum ad instantiam partium, *etiam ex* sed itidem ex officio non solum reo principali sed et officio injuriam consilium & auxilium ipsi suppeditanti, eum domo, hospitio, lecto aut mensa recipiendo, per sententiam, *gatur.* qua-

E cun-

cunque iudicii parte tam in primâ, quàm in secundâ instanc-  
tia quotiescumque contra eundem criminis suspiciones &  
indicia verisimilia militant, & pro defensione sui nullas pro-  
bationes, verisimiles coniecturas & præsumptiones habet, im-  
ponitur, Berlich, p. i. concl. 52. n. 6. §. 7. Gail, lib. 7. d. pac. publ. c. 7.  
n. 16. & seq.

*Juram.  
purgat. lo-  
cus est in  
criminali-  
bus.*

THES. IV. Est ergò huic everticulo per iuramentum  
purgatorium locus, præcipuè in causis arduis & graviori-  
bus, ut sunt criminales Setser. d. jurament. lib. 3. c. II. n. 6. ubi  
indicia & præsumptiones contra reum militant, nec tamen  
argumentis convinci potest l. 6. §. 9. C. d. his qui ad Eccles. l. fin.  
C. d. si instrument. Nov. 124. c. 2. Quod si verò nullæ adversus  
Reum sunt præsumptiones, non debet hoc juramento gra-  
vari, sed Actore non probante, Reus absolvendus est l. 4. C. d.  
probat. l. 6. C. d. edend. Desertur quandoque ex officio iudicis,  
etiam non exigente altera parte arg. l. 1. §. 4. C. d. his qui ad ec-  
cles. Debet verò iudex esse comperens, qui nimirum de  
negotio cognoscere possit, de qua reus infamatur c. 15. in fin.  
X. de purg. Canon. & iudex personæ quoque qualitatem con-  
sideret.

*In quibus-  
nam crimi-  
nibus habe-  
at locum.*

THES. V. Quod autem de criminalibus dictum, non  
indifferenter accipiendum est, quasi in iis criminibus quo-  
rum pœna corporis afflictiva, aut indicia ad toruram  
sufficiantia adsint, sed in iis duntaxat, ubi hæc cessant, ne-  
que crimen notorium est, aut aliàs probari potest, vel suffi-  
cientia indicia non extant. Si enim præsumptio juris con-  
tra reum militat, huic everticulo non est locus, neque cre-  
dendum assertioni juratæ, Bartol. in l. 46. §. 7. ff. d. furti. & val-  
de periculosum est ob metum perjurii, cuius pœnam, ut vi-  
tam redimat, facile quilibet subiret Mascard. d. probat. 2. concl.  
864. n. 23. Quærit. Num in crimine veneficii iuramento purga-  
torio locus sit? Regulariter id negatur ob rationes antea datas,  
si tamen circumstantiæ id velint, etiam iuramento isti locum  
esse posse Facultas Juridica Rintheliensis anno 1656. pronun-  
ciavit: Ob wol Angeklagter von den unterschiedenen Zau-  
berinnen und Hexen so zum Theil albereit am Leben gestrafft  
und

und biß an ihr Ende beständig geblieben / der Hexerey be-  
schuldiget worden / etliche bey beschehener confrontation ihm  
ins Gesicht gesagt / daß er bey ihren zusammenkufften  
Commendanten, so wol von ihme / daß er der Hexerey zuge-  
than sey / etwas ein gemein Gesehrey gewesen / Dennoch aber  
und dieweil bewehrter Rechts-Lehrer Meinung nach aus  
bemeldter Leute Aufage nichts gründliches noch beständiges  
zuschließen / auch sonst den der Hexerey und anderer Beschul-  
digung halber keine zurecht beständige Anzeige zur Tortur  
wider ihn verhanden / so ist auch gemeldter Angeklagter N.  
mit der scharffen Frage billich zuverschonen / gleichwol aber  
vermittelst eines Körperlichen Eydes zu reinigen / und daß er  
kein dergleichen Zauberey und bey der Heyen Zusammen-  
kunfft niemahls vielweniger derselben Commendanten gewe-  
sen / auch mit dem bösen Feinde keine Verbündnis auffge-  
richtet zu schweren schuldig / darbey er doch zuvor mit zuzie-  
hung der Geistlichen vor der schweren Straffe des Meineids  
mit allem Ernste zuverwarnen. Wenn nun solches gesche-  
hen / so mag wieder ihn / wosern nicht etwa neuer Verdacht  
sich ereugnete / nichts vorgenommen werden / sondern er wür-  
de der Gefänglichen Haft auff eine gewöhnliche Uhrsede  
billig entledigt. **B. N. W.**

THES. VI. In Casu necessaria defensionis. Si ad-  
versus occidentem sint quidem indicia, sed minus plene  
probantia, modo adversus occisum atque ita pro rei inno-  
centia militent aliqua conjectura, qua praesumptum ex con-  
fessione homicidii dolum elevent, juramento purgatorio lo-  
cus est D. Petr. Theodor. Colleg. crimin. disput. final. thes. 6. in fin.  
ubi tamen iudex circumspiciat, ne perjurio detur occa-  
sio, Carpz. p. 1. qv. crimin. 33. n. 61.

*In casu ne-  
cessaria de-  
fensionis  
jur. purg. lo-  
cus est.*

THES. VII. In casu rei furtivae emta emtori igno-  
rantiam alleganti non statim creditur, cum hoc in casu sci-  
entia potius praesumatur, in primis in eo, qui mala fama est,  
vel clam, vel parvo etiam pretio, vel qui sapere ejusmodi res  
emit Sichard ad l. incivilem C. d. furt. proinde emptor igno-  
rantiam rei furtivae pretendens eam probare tenetur, quod

*In casu rei  
furtivae*



juramento purgatorio fieri potest; ea enim, quæ in intellectu & conscientia nostra consistunt, per simplicem nostram assertionem cum juramento rectè probantur Bartol. in l. inter omnes §. rectè n. 2. ff. d. furi. Et si emtor ignorantiam suam mediante juramento obtinuerit, furtivam quidem rem sine pretii refusione restituere tenetur, hoc tamen in casu ab omni pœna immunis est Carpzov. p. 4. c. 40 def. 8. D. Richter vol. 2. dec. 96. n. 19.

In matrimonialibus.

THES. VIII. In *Matrimonialibus*, quoties vel semiplenè tantum vel minus quàm semiplenè probatum adeoque suspicionibus promissi matrimonia oneratus est reus, deferri illi potest juramentum purgatorium, Hahn, ad Wesenb. tit. d. R. N. n. 5. Treutler ibique Bachov. diff. 21. th. 5. Imò judex potest ac debet parti fortean neganti deferre juramentum purgationis, licet actor probatione profus succuberit Franzk. ad ff. d. i. n. 70. modò aliqua suspicio sit pro matrimonio, ob summum ejus favorem Jason ad l. 3. §. 31. ff. d. jurejur. ut proinde sola stupri & imprægnationis confessio ad iuramentum purgationis stupratori promissionem matrimonii neganti imponendum æstimet Beust, de sponsal. c. 47. Hahn, ad Wesenb. d. iurciur. n. 10. Cum ergo præsumtio sit contra stupratorem, meritò ille eam per iuramentum evertit Carpz. p. 1. c. 22. d. 4. D. Richter p. 1. d. 8. Quin etsi reus utrumque & stuprum & promissum matrimonium neget, sed adversus ipsum præsumptiones & suspensiones stupri pugnent, super utroque iuramentum purgatorium deferri potest, modò stuprata honesta sit & bonæ famæ, quæ nullius libidini fatisce- cerit Carpz. d. 1. d. 5.

THES. IX. Cùm omne verbum iniuriosum animo injuriandi prolatum præsumatur, nisi contrarium probetur *In puncto injuriarum* §. 5. C. d. iniur. Reus suspensionem, quâ ratione injuriarum gravatur, à se amovere debet, quod fit si iudex vel ex officio, vel ad instantiam partis juramentum purgatorium ei iungit, *reus juramento se purgare tenetur.* Carpz. pract. crim. p. 2. quest. 95. n. 74. & seqq. & ita responderunt Dnn. Jcti Jenenses: *Wosern Beklagter eyde lich erhalten oder sonst in Sächs. frist beweislich machen müßte.*

de/das Er die libellirten Worte nicht animo injuriandi, sondern ad sui defensionem geschrieben / inmassen Er zuthun schuldig / so wird er von angestellter Klage entbunden. Consideratis tamen personis & circumstantiis an à propinquo vel amico facta sit iniuria, non publicè, sed privatim, tale iuramentum purgationis reo deferri posse existimandum est Gail. 2. obs. 106. n. 3. & seqq.

THESES. X. Si depositum casu perit depositarius non obligatur l. 23. ff. d. reg. jur. l. 6. C. d. pignor. l. 30. in pr. ad L. Falci. adeo ut si de casu constet regulariter nec iuramentum purgationis præstare teneatur, culpa enim lata, de qua depositarius tenetur, non præsumitur, nisi probetur Carpz. p. 2. c. 11. d. 26. Quod si suspicio sit, quod casum præcesserit culpa, non sufficit dicere & nudè allegare casu fortuito rem suæ fidei commissam oblatam esse vel interiisse l. 5. C. d. pignor. ad l. 5. C. d. fid. instrum. & hunc in modum incluta Facultas Juridica huius loci pronunciauit, per ea, quæ refert Volckm. in inform. Notar. p. 1. tit. 9. c. 23. n. 10. Hat H. M. Hansen D. etlich Geld in einem ledern Beutel im vergangenen Kriege zu behalten gegeben / welches H. D. also und anders nicht / denn wo seines Herrn Handel und Gerethe blieben / sollte das auch bleiben / angenommen / und in einen Kasten gelegt / Ist nun in der Niederlage solcher Kasten genommen / und H. D. würde solches mit seinem leiblichen Eyde beethemen / so were H. D. derhalben Erstattung zu thun unverpflicht B. R. W. Jure Hamburgensi Depositarius prædicto in casu regulariter iuramento firmare debet, rem depositam sine culpa periisse sua p. 2. tit. 3. art. 2. Idque ut depositarius ab omni etiam deponentis suspicione liberetur, ac lis eo citius finiatur. D. Lauterbach. Diss. ad Jus Statuar. Hamburg. th. 48.

THESES. XI. Circa hoc everticulum iuramenti purgatorii generaliter observandum est: In omnibus causis, in quibus actori semiplenè tantum probanti iuramentum supplementorium deferri non potest, reo iuramentum purgationis indici Berlich. p. 1. concl. 52. n. 12. 13. Carpzov. respons. lib. 1. tit. 5. n. 66. ita ut in propria persona, non per procuratorem,

Depositarius tenetur iurare si suspicio adsit.

Regula.

nisi Elector vel Princeps sit ; & in loco iudicii publico præstetur , Rauchb. p. 1. qu. 8. n. 22. Carpz. p. 1. c. 22. d. 9. Plures causas, in quibus delatio iuramenti purgationis locum habet, videbis apud Heig. p. 1. qu. 40. Fulv. Pacian. d. probat. c. 39.

Reus ad probationem innocentiam admittendus est.

THESES. XII. Reus, cui iuramentum purgationis iunctum, illius evitandi causa ad innocentiam probationem admittendus est per tradita Rauchbar. p. 2. q. 3. n. 118. seqq. qui tamen id restringit ad certum aliquem casum, quando sc. reus ante reprobatoriã vel defensoriã probationem non est; Carpzovius verò præst. crimin. p. 3. q. 116. n. 66. de ea opinione dubitat, idemque asserendum putat etiam si inquisitus probatione defensionis jam antea usus fuerit. Neque enim concedendum est, in processu inquisitorio Reum, qui ad probationem semel admissus fuit, ab ulteriori probatione excludi arg. Nov. 90. c. 4. Auth. atqui semel C. d. probat. c. 35. 37. 38. 46. X. d. testib. Gail. lib. 1. obs. 105. Unde sequitur inquisitum, cui iuramentum purgationis impositum est, si probationibus pro sua defensione uti velit, admittendum esse ipsumque iurare non teneri Carpz. d. l. n. 68. Hocque procedit non solum in causis criminalibus Carpz. pr. crim. p. 3. q. 116. n. 71. & p. 1. c. 22. d. 16. & matrimonialibus, quæ criminalibus æquiparantur Carpz. d. l. sed etiam in civilibus. Si enim in causa civili alicui iuramentum purgatorium deferatur, tunc is antequam iurat, merito ad probationes confugere & conscientiam probationibus redimere potest, prout in supremo iudicio Dresdensi decisum esse probat Berlich. 1. concl. 52. n. 34. & seqq.

Reus regressum habet ad iuramentum.

THESES. XIII. In casu ubi reus, cui tale iuramentum purgationis est delatum, ad probandam verò suam innocentiam aliis probationibus utitur, actor ad contrarias probationes non admittitur; sed reus, qui iuramento se purgare debuit, si in probatione deficiat, nihilominus ad iuramentum purgatorium regressum habet Berlich. d. l. n. 39. & seq. qui si probationibus uti nolit vel non possit aliisque mediis effugiendi destituitur, id aut omnino præstare tenetur D. Richt.



Richter. p. 1. d. 3. aut pro convicto & confesso habetur, Set-  
fer d. juram. n. 48. scil. si delicta sint leviora, pro quibus pœ-  
na arbitraria indicitur; vel si in termino præfixo & statuto  
non compareat, elapso termino illo articuli in causa purga-  
tionis exhibitæ in contumaciæ pœnam pro confessis acce-  
ptantur Ordin. Camer. p. 2. tit. 10. §. Würde sich aber der bes-  
schuldigte Mynsing. 2. obs. 88.

THESES. XIV. Reus non tantum solennibus, veris & *Reus præ-*  
sufficientibus probationibus, sed etiam præsumtionibus *sumtionibus*  
contrariis & verisimilibus conjecturis pro sua innocentia *hoc jura-*  
adductis hoc iuramentum evitare potest, quia ob verisimiles *mentum e-*  
conjecturas & præsumptiones tantum hoc iuramentum exigi- *vitare pos-*  
tur per easdem ergo rectè evitatur l. 35. ff. d. R. I. Et tunc si *est.*  
per contrarias præsumptiones & verisimiles conjecturas effi-  
citur dubia, iudex secundum qualitatem personarum pot-  
est auctori vel reo iuramentum suppletivum deferre c. ult. X. d.  
jurejur.

THESES. XV. Quoties suspicio malitiæ contra partem, *Quoties sus-*  
quod malitiosè quid proponat, existit, Iudex *speciale jura-*  
*mentum calumnie*, quod *malitiæ* vocant, à partibus rectè depo- *tra partem*  
scit, præstitum fuerit jam ante iuramentum calumniæ gene- *existit, lo-*  
rale nec ne c. in appellationis causa 2. §. ult. d. juram. calumn. *cum habeat*  
Neque ii qui in publico officio constituti sunt, immunes sunt *iuramen-*  
à iuramento hoc calumniæ speciali, ita ut iuri iurando, quod *tum malitiæ*  
in ingressu officii præstiterunt, committi & relinqui possint,  
quia diversum est iuramentum calumniæ speciale ab illo,  
quod sub ingressum muneris quis præstat; illud enim pro ra-  
tione & circumstantiis rei, de qua suspicio est concipitur: hoc  
in genere ad muneris obeundi dexteritatem & fidelitatem  
contendit, novo autem indigent auxilio, quæ de novo  
emergunt Riminald. in l. si emancipati n. 142. d. collat. eoque  
casu existente suspensionem non aliter evertere licet, quam  
per iuramentum, ita ut qui calumniæ iuramenti gra-  
tiam petit, animum calumniandi habere præsumatur  
Reuber. tract. d. test. p. 3. n. 59. Et generaliter sciendum:  
Quod iuramentum calumniæ debeat præstari in omni-  
bus

manibus causis, in quibus suspicio calumniæ subest, magni sint aut parvi momenti, jurisdictionis, ordinariæ, compromissariæ vel delegatæ *l. rem non novam 14. §. 1. C. d. indic. l. cum & indices §. sed quia veremur 4. vers. licet ex comprom. C. d. inreuer. propr. calumn.* Maximè verò in casibus quibusdam specialibus, ut in iuramenti delatione, instrumentorum editione, litterarum comparatione, & ut instrumentum semel probatum falsi arguere liceat, Hugo Donell. *lib. 24. comment. in tit. d. inreuer. c. 13. n. 5. Carpz. p. 1. c. 12. d. 20.*

## CAPUT V DE EO QUOD FIT PROCLAMATE SEU CRIDIS.

THES. I.

*Ad modos,  
quibus sus-  
picio evita-  
tur, referun-  
tur procla-  
mata seu  
cride,*

**A**D hosce suspicionum evitandi modos meritò referuntur *proclamata seu cride*, quæ sunt proclamationes publicæ öffentliche Ausruffung oder wenn ein Ding öffentlich angeschlagen wird / vocantur quoque bannimenta. Huc referuntur in Ecclesiis nostris publicæ *neomagorum* proclamationes, cuius sedes est *in c. cum inhibito fin. X. d. clandest. despons.* concordat *c. cum in tua 27. X. d. sponsal. & marr. & c. fin. X. qui marrim. accus.* & olim in Concilio Lateranensi *can. 52.* & noviter à Synodo Tridentina *sect. 24. c. 1. d. marrim.* decretum, & hucusque à Protestantibus Imperii Statibus in Ordinationibus & Constitutionibus suis Ecclesiasticis probatum fuit. Cuius finis, præter eum, ut Ecclesiæ precibus novi conjuges commendarentur, est ut dispiciatur, an impedimentum aliquod matrimonii ex propinquitate subsit, & ut omnis suspicio evertatur ex ligamine aliorum sponsaliorum impedimentum subesse *c. fin. ibique DD. & Can. X. d. clandest. desponsat.* Donell. 13. *comment. 20. vers. enim.* verò. Olim fiebant eiusmodi denunciationes edictis affixis, in valvis ædium sacrarum Cypræ. *d. l. §. 12. n. 7.* hodie verbis

bis seu viva sacerdotis voce, è suggestu pro concione, seu per publicum in Ecclesia proclama; idque vel *semel* tantum, si scil. ita ferat alicuius loci consuetudo; de qua testatur Bach. *ad Treutl. lib. 1. lit. C. in verb. & sunt sponsalia.* Vel si quandoque urgentes & probabiles causa id suadeant Schulz. *in synops. Inst. d. nupt. tit. a.* De quo etiam Tridentina Synodus *session. 24. c. 1.* sancit: *Si quando, inquit, probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denunciations, tunc una saltem denunciatio fiat &c.* Vel ter seu trinundino, hoc est trium dierum spatio, tribus scilicet proximè à sese subsequenter diebus dominicis, per tres hebdomadas, interposita semper septimana integra Beuff. *d. l.* Quales proclamationes bono consilio, bona ratione, piè & iustis de causis benè & salubriter introductæ sunt, Donell. *d. l.* ita ut canones velint cuique liberum & licitum esse legitima impedimenta denunciare *d. c. fin. ibi: quo voluerit X. d. clandestin. despons.* & licet non de substantia matrimonii, attamen talia sunt, quæ sine justa causa omitti non possunt Gutierrez. *lib. 2. pract. qu. 4. n. 11.* ut matrimonium absq; illis factum habeatur pro clandestino, *c. fin. §. si quis ibique Gloss. in verb. clandestina X. d. clandest. despons.* usque adeo, ut licet benedictio sacerdotalis praesentibus etiam testibus intercesserit, nihilominus ratione bannorum intermissorum matrimonium sit clandestinum, non quidem quoad annulationem matrimonii, sed quoad alios effectus. Nam validitas non tollit clandestinitatem, nec clandestinitas sola viuat, ut loquuntur DD. cum respectu solennitatum, duobus modis matrimonium sit clandestinum. Priori, si omisis solennitatibus contrahatur coram paroco & testibus; Altero, si sine paroco celebretur; hinc fieri potest, ut cessante altero clandestinitatis modo alter non cesset, vide eleganter differentem Gutierrez. *lib. 2. pract. qq. n. 12. & 13.* & praterquam quòd fraudis & doli nomine apud quosvis bonos suspectum sit per *c. 1. 30. qu. 5.* & ea quæ latè habet Heig. *1. qu. 22. n. 5. 6. & seqq.* suas insuper penas iure praescriptas habet, quibus tam contrahentes ipsi, quàm parochi consentientes coercendi sunt *d. c. fin. in fin.*

F

THES,



*Qui rem  
mobilem in-  
venit tene-  
tur publicè  
indicare.*

THES. II. Qui rem mobilem fortuito invenit, quæ ad ipsum non pertinet, tenetur ipsam domino restituere, & quidem si ipsum ignorat, tunc vel publicè libellum proponat, vel per edictum ad valvas templi, vel alio in loco publico, referre esse res inventas & paratum se esse reddere ei, qui desideraverit *l. 43. § 8 ff. d. furt. vel aliàs in loco publico proclamari curet* Mevius *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 1. art. 9. n. fin.* sive ex suggestu Harprechr. *ad §. fin. n. 8. Inst. d. acq. rer. dom.* vel per præconem; qualis lex apud Judæos sancita olim fuit referente Josepho *lib. 4. antiqu. judaic.* cujus verba hæc sunt; *Si quis aurum & argentum in via invenerit, querat eum, qui perdidit per præconem, indicato loco, in quo invenit, reddatque ei, sciens non esse bonum, ex alieno damno lucrum facere.* Si quis hoc neglexerit, & rem inventam clam habuerit, eamque celaverit, exinde furti suspectus fit *Mev. d. l.* Imò suspicionem omisâ consuetâ indicandi ratione, declinare non potest, & si celatio accesserit, furti etiã tenetur *§. 16. §. fin. Inst. d. rer. div. Joh. Petr. Mognat. de jure retent. quest. 243.* Sin autem non constet de domino per proclamationem publicam, inventor pauper inventa retinebit; dives verò honestius agit, ea in manus pauperum aliosve pios usus erogando *arg. aub. omnes ergo C. commun. d. success.* Quid de iure Saxonico obtineat vide Philipp. *in usu pr. act. Inst. lib. 2. ecc. l. 21. n. 15.*

## CAPUT VI

DE

### EO, QUOD PER SCRIPTURAM FIT.

THES. I.

*Actuarius  
acta &  
protocollum*

**U**T protocollum seu acta publica plenam fidem habeant omnique careant suspitione, persona scribens protocollum seu actuarius propria non aliena manu id conscribat; fides enim protocollum inde labefactatur, si non pro-

propria sed aliena manu inferat, quæ in iudicio sunt peracta *propria*  
Carpzov. *process. tit. 2. art. 4. n. 47.* Fulv. Pacian. *d. probat. m. ann. scri-*  
*vol. 1. c. 65. n. 39* nisi impeditus alii scribendi onus commise- *bat.*  
rit consensu iudicis Berlich. *d. concl. 8. n. 44.* quo casu neces-  
sum est, ut iudex alii potestatem scribendi concedens exprimat  
ordinarium actuarium fuisse impeditum Felin. *c. quoniam*  
*n. 4. in fin. X. d. probat.* Et ne quid sinistra suspicari  
possit ulla pars litigantium, vel aliquando protocollum in  
dubium vocare, actuarius omnia in iudicio acta fideliter ac  
ordine conscribat in protocollo, nec quicquam, quod ad i-  
psam rem pertinet, omittat. Perspicuus sit in annotando, ita  
ut insolitis abbreviaturis & cyphis absteineat, sed quantita-  
tes plenis literis & verbis exprimat *Ordin. Notar. d. ann. 1521.*  
§. item die Notariæ ibi: durch Ziffern &c. nec cancel-  
lationibus, rasuris aut marginali etiam ac interlineari scri-  
pturâ suspicionis aliquam occasionem præbeat aut obscu-  
rum hoc modo protocollum faciat *Mev. p. 1. dec. 119.*

THESES. II. Ut major fides & securitas instrumento- *Subscriptio*  
rum sit, eis subscribuntur seu subnotantur nomina, & quidem *instrumen-*  
*in contractibus*, ut si forsan in iudicio sit experiendum, proba- *torum.*  
tionibus, quas læpius invenire difficile est, non obruamur; *in*  
*testamentis*, non solum ad validitatem testamenti, & ut heres  
bonorum possessionem petere possit *ex l. fin. C. d. edict. D.*  
*Adr. tollend.* sed ut removeantur calliditates, quibus obno-  
xia sunt testamenta §. 3. *Inst. d. testam. ordin.*

THESES. III. Eadem ratio est sigillorum, quæ ad o- *Sigillatio.*  
mnem falsitatem evitandam apponi solent, ut fides rerum  
gestarum reddatur firma. Soliti autem sunt Romani ami-  
cos & Jctos ad obfignationes adhibere, Barnab. Briston. *d.*  
*formul. lib. 6. p. 512. inf.* Ut autem sigillans simul subscribat,  
non est simpliciter necessarium; si enim constat, cujus sigil-  
lum, & cujus voluntate sit appositum idem operatur, quod  
subscriptio Mascard. *conclus. 1307. n. 5. & seqq.* Si verò vel le-  
ge vel statuto, vel consuetudine introductum sit, præsertim  
majoris fidei & suspicionis evertendæ causa, ut simul adhi-  
beat,



beatuſcriptio, ſolius ſigilli appoſitio nihil operatur Co-  
varr. *pract. queſt. c. 22. n. 9.*

*Caſus ex §.  
3. Inſt. d. pu-  
pill. ſubſtit.*

THEſ. IV. Ad everticulum fraudis & ſuſpicionis  
referendum eſt, quod Imperator ſuadet in §. 3. *Inſt. d. pupill.  
ſubſtit.* Sc. ne pupillus, cui pater ſubſtituit, inſidiis expona-  
tur, aut ſubſtitutus ante pubertatis annos eum tollere anſam  
habeat, teſtator faciat vulgarem quidem ſubſtitutionem  
palam, & in primis teſtamenti partibus ordinet; pupillarem  
autem ſubſtitutionem poteſt ſeparatim ſecreto ſcribere in  
inferioribus teſtamenti partibus, & eam lino proprio, pro-  
priaque cera conſignare, ut ultima pars membranz, in qua  
ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, complicitur, atque ita mem-  
brana complicata ſeu duplicata trajecio filio conſtringatur  
& ſigillis obſignetur, & in priore parte teſtamenti cavere, &  
prohibere, ne inferiores tabulæ vivō filio, & adhuc impubere  
aperiantur, inſpiciantur vel reſignentur. *Vveſenb. ad d.  
I. 3.*

## CAPUT VII

DE EO,

### QUOD PER PRÆSUMTIONEM PIETATIS FIT.

THEſ. I.

*Mater &  
Avia pro-  
pter præ-  
ſumptionem  
pietatis ad  
tutelam li-  
berorum  
admittun-  
tur.*

Præſumpta pietas & naturalis ratio Imperatorem Juſtini-  
anum movit, ut non matrem ſolum, ſed & aviam ad tu-  
telam liberorum admittendam, & per has collaterales  
omnes removendos voluerit, *Nov. 118. c. 5.* ita præſumptio pi-  
etatis omnem excludit ſuſpicionem, adeo ut licet debito ſine  
obligata liberis ſuis, aut hos ſibi obligatos habeant, admit-  
tantur ad tutelam, *Nov. 94. c. 1. & exinde deſumpta auth. ad-  
hæc eſt debitum C. quand. mulier. tutel. offic. ſecus ac in reliquis  
tutoribus obtinet Nov. 72. c. 1. & ſeqq. auth. minoris debitor C.  
qui tut. vel curat. dar. poſſ.*

*Præſumptio*

THEſ. II. Præſumptus amor tacit, ut parentes, qui  
exhæ-

exhæredant liberos aut prætereunt, id fecisse existimetur, pro parenti-  
propter commissam ingratitude liberorum; Pro liberis *bus. Pro li-*  
tamen præsumtio est, erga genitorem suum non fuisse ingratos *beris.*  
Menoch. 4. *presumpt.* 29. n. 23. nisi convincantur, ut loquitur l.  
22. C. d. *inoff. testam.* aut ingratus legitimis modis arguatur l.  
30. C. *ead.* Prævalet ergo præsumtio pro liberis, unde est  
quod heres teneatur probare causam exhæredationum suf-  
ficientem.

THES. III. Non solum pater à confessione inven- *Mater à*  
tarii solennis immunis est, ob præsumtam pietatem, quæ in i. *confessione*  
pso est erga liberos, uti dictum supra c. 3. th. 5. sed etiam mater *inventarii*  
ad idem non est adstricta, quia æqualis pietas atque reveren- *immunis*  
tia matri debetur, quæ patri *arg. l. 4. ff. d. curat. furios. Fin-*  
est. *est.*  
ckelth. *obs.* 76. n. 18.

## CAPUT VIII & Ultimum,

### DE EO, QUOD PER MEDIUM VIOLEN- TUM FIT.

THES. I.

**T**andem è verticulus suspicionis est *tortura*, seu inter- *Tortura.*  
rogatio de crimine commissò per corporis tormenta  
ad eruendam veritatem, à iudice legitimè instituta,  
Quando enim reus de crimine suspectus est, idque ex urgen-  
tibus indiciis, tum violentum illud torture adhibetur reme-  
dium. Ad quæ indicia tamen non refertur *fama*, nisi aliis con-  
currentibus *arg. l. 3. §. 2. ff. d. testib. Jul. Clar. præf. crim. §. fin. q.*  
*21. n. 1. Carpz. p. 3. qu. crim. 120. n. 19.* Fuga verò quæ fit an-  
te accusationem & inquisitionem in suspicionem sceleris ad-  
ducit *Nov. 53. c. 4.* & facit indicium ad torturam Gôdel-  
man. *tr. d. indic. Cothm. vol. 1. resp. 12. n. 190.* quod tamen non  
crudè accipiendum, sed tota res prudentis iudicis arbitrio  
committenda est, aut si fuga cum effractione carceris, vel  
conspiratione fit, tunc iterum facit indicium ad torturam

F 3

Zan-

Zanger. d. *question. c. 2. n. 94.* Titubatio verò animique trepidatio reum conscium arguere videntur criminis commissi l. 10. §. 5. ff. d. *quest. modò graviora concurrant adminicula* Menoch. lib. 1. d. *presumpt. qu. 89.* Sola enim trepidatio non est sufficiens indicium ad torturam, sed facit tantummodo contra reum aliqualem suspensionem vel levem præsumptionem Jul. Clar. lib. 5. *sentent. §. fin. qu. 21 n. 39.*

*si res in loco  
perpetrati  
delicti repe-  
ritur.  
Semplena  
probatio.  
Minæ.*

THE S. II. Ad certa & indubitata indicia, quæ ad torturam sufficiunt, refertur *si res aliqua in loco perpetrati delicti reperitur, Sanct. Crimin. art. 29.* & si adest *semiplena probatio*, quæ per unum testem juratò deponentem omni exceptione majorem fit *art. 30. & Minæ*, quas Reus jactasse dicitur, tum enim si effectus sequatur, sufficiens inde ad verus minantem oritur indicium *art. 32.* modò ab eo jactata fuerint, qui sit malæ famæ, conditionis, vitæ & exequi eas solitus sit *Carpz. c. 6. n. 92. qui n. 56. & seqq.* de aliis quoque indicis, quæ importent quæstionem, agit.

TANTUM!

## COROLLARIA.

### I.

Quamvis aliàs judex rectè cognoscere possit de sua jurisdictione l. 5. ff. d. *judic.* non tamen objectæ suspensionis causæ cognitio; justa & legitima fit, nec ne, ipsi judici recutato committenda est l. 16. C. d. *judic.* Sicut enim in principali, ita etiam in incidenti timetur c. *suspensionis X. d. offic. div. jud.* usque adeo ut nec discussione & causæ relationi præsens esse debeat Mart. Giurb. *consil. 9. n. 2.* sed arbitris juris à litigatoribus ipsis utrinque, his verò nolentibus eligere, à judice recutato implorato auxilio ordinarii judicis, vel ab ipso ordinario immediatè com-

compelli potest ad faciendam electionem Pacian. *lib. 2. c. 45. n. 23.* atque ita de jure Canonico prospectum est *c. 41 §. 62. X. d. appellat.* aliter jure civili cautum reperitur; Generali tamen Germaniæ consuetudine receptum est, ut arbitri de causa suspicionis non principali cognoscant Mynsing. *cent. 3. obs. 63. n. 5.*

II.

Judex non potest statim atque objicitur suspicionis exceptio recusari, sed excipientis partes sunt, ut copulative, & de suspitione & suspitionem probet, ad quam probandam terminum arbitri electi assignant, intra quem, si de suspitione non statuunt, recusatus in causa procedit, *c. 39. X. d. offic. & pot. jud. de leg.*

III.

Equidem ab arbitris partium consensu receptis regulariter non appellatur, *l. 1. C. d. recept. arbit. l. 27. §. 2. l. 32. §. 14. ff. eod.* ab iis tamen, qui in causa suspitionis cognoscunt, quandoquidem ex juris præstituto adeoque necessitate quadam eliguntur, si justis tramitem arbitrio suo egressi fuerint, provocari permittitur Guazin. *d. defens. reor. def. 1. c. 21. n. 107.*

IV.

Judex tanquam suspectus recusari potest, si litiganti sit inimicus *l. 9. in pr. d. liber. caus.* Si judex sit litigantis inimici amicus *arg. l. 28. C. d. inoffic. testam.* Si adversario agnatus vel cognatus saltem ad septimum usq; gradum *c. postremo 36. ibique DD. d. appellat. Aufrer. tr. d. recusat. n. 3. in fin.* Si antea fuerit in causa advocatus, vel consultor *l. ult. d. test.* Si judex à quo successerit judici ad quem Aufr. *d. l. n. 28.* Si ab altero litigante ultro petitus sit *l. 47. d. judic.* Si se impetrari procuraverit Maranta *spec. aur. d. appell. n. 64* & quæ causæ sunt plures, quas vide apud Lanfrancum de Oriano *ad c. quoniam c. 3. n. 10. X. d. probat.* In genere quavis singularis

laris affectio erga alteram partem inducit probabilem  
suspicionis causam Wesenb. *ad l. 16. C. d. iudic. n. 10.* &  
potest non solum delegatus, sed etiam ordinarius iudex  
de iure canonico recusari per *c. si quis contra d. for. com-  
pet. c. placuit 2. qu. 6.*

V.

Si causa suspicionis in libello adducta plenè & sufficienter à  
partibus non possit probari aut citra scandalum expri-  
mi, ut adhuc dubia maneat; in supplementum probati-  
onis iuramentum, quod scilicet non temerè, sed cum  
causa, quæ sibi legitima videtur, iudex tanquam sus-  
pectus recusetur, locum habet, quod iuramentum vocatur  
*perhorrescentia*, cuius potissima sedes & fundamentum  
est in *c. 11. §. cum vero de rescriptis in 6. de quo scripsit D.  
Feltm.*


VI.


Ut autem locum habeat iuramentum illud perhorrescentiæ  
requiritur, (1) ut causa suspicionis sit gravis & legitima,  
non trivola & conficta; (2) ut de illis suspicionum  
causis superiori vel arbitris desuper cognoscentibus  
probabilis quidem nondum plena tamen fides facta  
fuerit. Blum. *proc. camer. tit. 37. n. 19.*


VII.

In Camera Imperiali Spirensi ut causa ob denegatam vel  
protractam iustitiam ad Camera devolvatur, requi-  
ritur (1) ut iudex iustitiam denegans, vel protrahens  
camerali iurisdictioni immediatè sit suspectus vel cau-  
sa aliàs eò spectet (2) ut de protractione vel denegati-  
one hac notoriè constet Ordin. Camer. *p. 2. tit. 28.* Ca-  
meræ autem probet, quod requisitus iudex inferior, aut  
etiam pars in presentia Notarii & testium pro iustitiæ  
administratione requisitus recuset vel protrahat. Si ve-  
rò illa denegatio vel protractio iustitiæ documento  
probari non possit, pars provocans iuramento  
perhorrescentiæ probare potest, quod non speret, se-  
se apud talem iudicem iustitiam posse consequi Myn-  
sing. *cent. 3. obs. 58.* Jacob. Blum. *proc. cam. tit. 39. n. 19.*

F I N I S,











20. etiam apud Turcas servari refert  
giat ambages, quæ processum retar-  
entes intelligent nihil minus advoca-  
vire, nisi quod lentius cædant, uti arg  
*euphorm. part. i.* Si forsitan causa co-  
subditus advocatus est, ventiletur,  
subdito semper sancta esse debeat, u-  
cipem amoveat suspicionem, suade  
convenire, ut Principis permissionem  
patrocinio causæ committat. Quat  
Magistratus qui superiorem recogno-  
excidat, postulare quis possit vid. *Mev*

THES. XIX. Partes litigant  
fallendi adversarium, quando publi-  
compellant & abstinent ab aditione  
quam enim litigator privatim judi-  
sumtione aliqua se onerat, ipsum cau-  
indè non tam iudices quam patronos  
antenus impedimentum ponitur, cù  
tius præoccupatus iudex rarissime in-  
proferat, imò privatus ille informato-  
dicis animum corrumpere tentet.

D. Ziegler in *Dicastice concl.* 17. n. 5. ai-  
referenda plerumque est ad perverissimos  
cundum quos partes cum vel sine advoca-  
soli convenire iudicem & Assessores in ad-  
privatim de causa informant. Ea re-  
partem interpellantem. Iudicem, quia  
currit, ex privata eiusmodi informatione  
esse, atque partium studio in iudicium infe-  
pellantem, tum quia hinc aliqua præsum-  
minimè confidere, & proinde non tam ju-  
querendos esse, tum etiam, quia per se vit-  
alterius animum corrumpere tentat.  
te magis peccat, quam qui servum alter-  
deri possunt DD. ad tit. ff. d. serv. corrup-

annes fu-  
liàs Cli-  
lones sæ-  
arclaj, in  
r, cuius  
s persona  
endi Prin-  
advocato  
equam se  
odiernos  
s iure suo

n. 6.  
picionem *Partes liti-*  
iudicem *gantes apri-*  
; præter- *vata iudicis*  
ans præ- *aditione*  
e, & pro- *abstineant.*

tia quad-  
is vel po-  
iam iuste  
quod iu-  
c in rem  
oti iudici  
ernos, se-  
Advocati  
ent, ut eos  
edecet, &  
notam in-  
orruptum  
rem inter-  
eum sue  
n patronos  
, quo quis  
, imò for-  
de quo vi-

CAPUT

